Beilage des siebzehnten Jahresberichtes
über das
städtische Progymnasium zu Schlawe
für das Schuljahr 1888/89.

De
infinitivi apud Ovidium usu

scripsit

Waldemar Hoffmann.

Schlawiae MDCCCLXXXIX.
Typis expressit H. Moldenhauer.

De infinitivi apud Ovidium usu.

De Ovidiano infinitivi usu disputanti, quamquam eadem de re Trillhaasium scripsisse non ignoro, non supervacaneum laborem suscepisse mihi videor. is enim a. 1877 libellum, qui inscribitur „Der Infinitiv bei Ovid", edidit. qui quamquam non pauca de hoc usu, quae usque ad illud tempus viros doctos fugerant, in medium protulit, tamen non omnia, quae ad infinitivum pertinent, tractavit. de nudo enim infinitivo egit, accusativum cum infinitivo et quem vocant cum nominativo omisit, quibus in rebus quomodo Ovidius versatus sit, explicari magnopere referre, nemo est, quin concedat. iam vero, quibus ex nominibus et verbis nudus infinitivus, penderet, etsi paene omnia enumeravit exemplaque addidit, tamen neque quae structurae apud Ovidium primum occurrerent, neque quae raro, quae saepius invenirentur, exposuit. veluti in verbis studendi afferendis p. 12. „tento et retento", in verbis metuendi p. 13. „metuo et paveo" enumeravit singulisque Ovidii locis usum illustravit, sed nec verba retentandi et pavendi ab eo primo cum infinitivo posita esse nec paucis locis usurpata esse commemoravit. accedit, ut, quae ratio inter Ovidium et ceteros poetas Augusteos intercedat, neglexerit, id quod multum ad usum Ovidianum cognoscendum valere apparet. quae cum ita essent, denuo, quomodo Ovidius infinitivum usurpasset, quaerere animum induxi. meam condicionem meliorem esse quam Trillhaasii equidem concedo, cum mihi illud Draegeri opus, quod inscribitur „Historische Syntax der lateinischen Sprache," praesto fuerit.*) quod quamquam ad singularum structurarum usum perspiciendum magno usui mihi fuisse fateor, tamen de poetarum Augusteorum usu ille vir doctissimus non tam accurate, ut observationes statim in usum vertere possem, scripsit. quod autem commentationes de poetarum Augusteorum priorum usu infinitivi conscriptas attinet, quamvis operam darem, ut omnes mihi pararem, fieri non potuit. usus sum libellis, quos Maixner et Krause de Vergiliano infinitivi usu scripserunt, quorum ex hoc magnum fructum me percepisse concedo. ille enim vir doctissimus Vergilianum usum tractare non satis habuit, sed originem et historiam structurarum usque ad Propertium persecutus est, ut, quae apud Draegerum desunt, saepe suppleantur.

De infinitivi natura qui nostris temporibus disquisiverunt, in

*) priore editione usus sum, cuius altera pars a. 1878 prodiit.

duas partes discedunt hi enim, qui in latinae grammaticae studio versantur, infinitivum substantivum verbale esse iudicant, quod nominativi et accusativi tantum munere fungi putant. illi, qui comparativam linguarum disciplinam tractant, infinitivi primigeniam vim dativi antiquitus fuisse dicunt, unde profecti eo perveniunt, ut infinitivum aliorum quoque casuum vices suscipere posse statuant. atque illam verbi formam, cui Romani nomen infinitivo indiderunt, quin antiquitus substantivi casus dativus fuerit huiusque significationem habuerit, non dubium est. v. Schmalzii de syntaxi latina commentationem p. 319. alteri parti I. Muelleri libri insertam, qui inscribitur „Handbuch der classischen Altertumswissenschaft." hoc vero improbandum est, quod infinitivi, qui in monumentis linguae latinae exstant, ad illam antiquissimam vim revocari debere et ex ea explicari posse censent. quam rationem audacissime secutus est Jolly, qui in libro, quem inscripsit „Geschichte des Infinitivus im Indogermanischen," omnes latinos infinitivos dativos habendos esse dixit et ab hac sententia profectus explicare conatus est. at si linguas non solum ex certis cogitandi legibus ortas esse reputamus, sed alias quoque ingenii vires ad eas excolendas et mutandas aliquantum contulisse; si quod saecula inter priscum illum infinitivi usum et monumenta latina interiecta sint, respicimus, hos infinitivos latinos, quales in scriptorum libris leguntur, non ex una primigenia significatione explicari oportere facile intellegitur. quid mirum est saeculis decurrentibus infinitivi usum tantopere amplificatum et immutatum esse, ut, unde ortus esset et quae primigenia natura esset, plane in oblivionem veniret?

Nec tamen illorum sententiae, qui infinitivos non aliorum casuum nisi nominativi et accusativi munere fungi posse censent, accedimus. nam quamquam verborum plurima, quibuscum infinitivi coniuncti sunt, proprio sensu transitiva intellegenda sunt, tamen in iis, quae nunquam nominis accusativum regunt, inveniuntur, dico verba desistendi et assuescendi, quae etiam a prosae orationis scriptoribus semper cum infinitivo coniuncta sunt. cum vero ii, quibus illa explicandi ratio placet, ad poetarum libros accedunt, in quibus etiam saepius quam in soluta oratione infinitivus ex nominibus cum verbo substantivo similibusve coniunctis pendet, difficultatem tollere frustra conantur. infinitivum enim e nomine et verbo simul, quae coniuncta simplicis verbi vim habere existimant, pendere dicunt, quam explicationem non omnibus locis sufficere infra videbimus. sed quoniam infinitivi vim propriam neque nominativi neque accusativi esse constat, cur alius quoque casus munere eum fungi posse non conceditur? mihi quidem in grammaticis rebus explicandis opinionibus, priusquam ad ipsas res accesserim, conceptis duci displicet, sed cuiusque rei rationem cognoscendam esse existimo. ipsius igitur sermonis Latini naturam ducem sequi atque hoc fundamento nixi difficultates tollere conabimur. qua in re, quas alias structuras verba et nomina, ex quibus infinitivus pendet, excipere soleant, observare et in dubiis rebus

similitudinis rationem habere oportebit, qua via Krause usus est. Jam ad infinitivi usum, qui in Ovidii carminibus est, veniamus. qui scriptum legit „nec ulterius dare corpus inutile leto curat,“ „infinitivum ex curandi verbo aptum accusativi loco esse existimet; si autem Ovidium videmus scripsisse

met. XII, 344

nec ulterius dare corpus inutile leto
aut vacat aut curat.

fieri non potest, quin infinitivum dativi instar esse censeamus, cum vacandi verbum nunquam accusativus sequatur, semper dativus. infinitivum vero, qui ex verbis movendi pendet, finalem esse omnes, quod sciam, concedunt. cum his autem pugnandi, luctandi, certandi, nitendi verba, quoniam proprio sensu nihil aliud quam motum significant, arctissime cohaerere apparet. eodem pertinent impellendi, adigendi verba et similia, quibus motus nótio inest. horum enim verborum infinitivum nullo modo accusativum interpretari licet, ut quorum obiectum et persona et actio esse non possit. neque enim eiusmodi locos, qualis est her. XIV, 183, appellare licet „et peream, si non invitant omnia culpam,“ quo Ovidius poetarum consuetudinem secutus substantivo culpae ut persona usus est. nulla vero ratione „me omnia culpam invitant“ dicere potuit. itaque, quin verba impellendi, compellendi, sollicitandi, adigendi, concitandi, irritandi infinitivo, cuius vis finalis sit, coniungantur, non dubito. quorum similitudinem monendi, hortandi verba et quae idem significant secuta esse mihi videntur, quae quamquam accusativum rei nonnunquam suscipiunt, tamen cum accusativo personae et actionis coniungi non possunt. cum autem actio, ad quam faciendam aliquis admonetur his verbis per praepositionem „ad“ adiungatur, infinitivum quoque finalem esse colligimus. ambigi potest, utrius casus locum infinitivus finalis obtineat, accusativi an dativi. cum autem infinitivi primigenia vis dativi sit, et mittendi, relinquendi, similia verba dativum finalem excipiant, infinitivum finalem huius casus loco esse existimo. eiusdem casus numero infinitivus esse videtur, qui ex valendi verbo pendet. studendi, invidendi, confidendi, diffidendi, assuesendi verba, quae cum dativo nominum coniungi solent, infinitivum, qui eiusdem casus instar sit, recipere apparet.

Ex prohibendi, impediendi, arcendi, cessandi, absistendi, desistendi‘ verbis, cum motus, quae ex aliquo loco fit, subsit, infinitivos, qui ablativi separationis loco sint, aptos esse censeo. quod vero gaudendi, laetandi, gratulandi verba attinet et locutionem „attonitus sum,“ infinitivos, qui ex iis pendent, ablativi instrumenti numero esse existimo.

Infinitivus, qui perstandi verbo additur, accusativi graeci locum obtinere videtur.

Ad infinitivos, qui ex nominibus apti sunt, aggredimur. Ovidius met. XI, 779 scripsit „nec erat mihi vincere tanti.“ quo loco

quominus vincere idem valere existimemus quod victoriam, nihil impedit. aliter autem res se habet rem. 749 s.

non habet, unde suum paupertas pascat amorem.
non tamen hoc tanti est, pauper ut esse velis.
at. tanti tibi sit non indulgere theatris.

nullo modo hoc loco „indulgere" idem quod indulgentia esse potest, sed, ut ex priore versu intellegitur, non aliter explicari potest, quam „ut abstineas theatris," vel ut pluribus verbis sensum reddamus „pauperis exemplum satis tibi sit ad abstinendum theatris," infinitivus igitur finalis esse nobis videtur.

Infinitivi ex substantivis cum verbo substantivo similibusque coniunctis apti, quamquam plurimis locis subiectorum munere funguntur, tamen non omnes ita explicari possunt. locutiones enim compositae quaedam occurrunt, quarum infinitivum nominativi loco non esse apparet. in Lygdami carmine (Tib. III, 1, 29.) scriptum videmus:

dolor huic et cura Neaerae
coniugis ereptae causa perire fuit.

quod enuntiatum nihil aliud significare potest quam „dolor etc. causa pereundi fuit". nam tota Latinitate nullum exemplum exstat, ubi „causa" alium casum quam genetivum excipit. quodsi hunc infinitivum genetivi instar esse concedere necesse est, nihil obstat, quominus eodem modo explicemus locos eiusmodi:

met. X, 81 multas tamen ardor habebat
iungere se vati.
P. IV, 7, 30 venit in adversos impetus ire viros.
cf. F. IV, 221 unde venit, dixi, sua membra secandi
impetus.
met. X, 83 (Orpheus) fuit auctor amorem
in teneros transferre mares.

hoc loco, cum „auctorem esse alicui rei" vel „ad aliquid" a scriptoribus interdum dictum sit, ut infinitivus dativi quoque sit numero, fieri potest.

His exemplis effici mihi videtur infinitivum ex nominibus pendentem etiam genetivi, superiore (tanti est) dativi munere fungi posse.

Venio ad adiectiva nomina. quae adiectiva ab Ovidio cum infinitivo ponuntur, magnam partem cum dativo substantivorum aut cum praepositione „ad" coniunguntur, unde vim finalem infinitivo inesse apparet. atque infinitivum ex adiectivo „natus" aptum finem designare non est, quod demonstrem. v. a. II, 17, 12. „o facies oculos nata tenere meos!" eodem modo infinitivi adiectivorum „paratus, aptus" explicandi esse videntur, quae tam saepe substantivi dativum excipiunt, ut exemplis non opus sit. eodem adiectiva "propositus et certus„ mea sententia pertinent.

Praeterea adiectiva potestatis et votuntatis cum infinitivo coniunguntur, qui, si non consilium, at actionem aut statum designat, ad quae illa potestas aut votuntas spectat et in quibus perspicitur.

quo fit' ut etiam nomina per praepositiones „ad" et „in" iis annectantur, ut ex his exemplis apparet:

tr. II, 256 ad delinquendum doctior esse potest.
a. I, 8, 87 servus et ad partes sollers ancilla parentur.
her. V, 147 herba potens ad opem.
F. II, 688 fortis ad arma.
P. I, 9, 22 continuit promptos in mea fata manus.
Ter. eun. 131 frater aliquantum ad rem avidior.
cf. Liv. 4, 54, 4. 7, 23, 6. 5, 20, 6. 22, 22, 2.
P. III, 4, 50 ad laetitiam mens mea segnis erat.
P. IV, 8, 75 nec ad citharam nec ad arcus segnis Apollo est.

quae cum ita sint, quin infinitivi ex his et similibus adiectivis pendentes, quo in numero „sagax, ocior, cupidus" habenda sunt, finalem vim habeant, non dubito.

De adiectivis „dignus, indignus", quamquam Cic. de rep. I, 18, 30 exhibet „amicus, dignus huic ad imitandum", non idem statuendum est. infinitivus enim quibusdam locis non solum ex adiectivo „dignus", sed pariter ex verbo, quod accusativum postutat, pendet.

met. XIV, 30 dignus eras ultro, poteras certeque, rogari.
met. VIII, 127 merui et sum digna perire.
her. V, 85 digna sum et cupio fieri matrona potentis

quibus ex locis colligi mihi posse videtur adiectivum, cum idem fere valeat quod „meritus" propter similitudinem cum infinitivo, qui accusativi loco sit, esse coniunctum. „memor" autem, cum verbum „memini" participio egeret, in eius locum successit.

cf. a. III, 14 48 sit modo „non feci" dicere lingua memor.
a. I, 12, 5 missa foras iterum limen transire memento.

Restant adiectiva „nescius, contentus", quorum prius infinitivum genetivi munere fungentem excipere ex hoc loco, quem Krause p. 7. laudat, efficitur:

Verg. A. X, 501. nescia mens hominum fati sortisque futuri
et servare modum.

infinitivus, qui adiectivo „contentus" additur, quod constanter cum ablativo nominum coniunctum occurrit, ablativi loco esse existimandus est.

Quae postquam de Ovidiano infinitivi usu exposui, superest, ut addam interrogativos indignantium infinitivos et historicos in huius poetae scriptis non inveniri.

Jam priusquam ad rem propositam aggrediar, pauca videntur praecipienda. in partibus igitur digerendis eundem fere ordinem servavi, qui grammaticis in usu est. singula autem verba, quae cum infinitivo posita sunt, ita tractavi, ut ceterorum poetarum Augusteorum carmina conferrem, quod superiorum scriptorum libros attinet, Draegerum et Krausium appellare plerumque satis haberem. quam diligentissime igitur Horatii, Vergilii, Tibulli, Propertii carmina excussi, ut aut nihil, aut pauca me fugisse confidam. ubi Tibulli et Propertii locos laudavi, L. Muelleri editionis numeros posui, in Ovidii locis afferendis Merkelii.

I. De infinitivo, qui subiecti munere fungitur.

Enuntiatorum, quorum subiectum infinitivus est, quattuor genera sunt. praedicatum enim a) nomen aliquod est coniunctum cum verbo substantivo vel eius simili, b) verbum impersonale, c) verbum personale, d) alter infinitivus.

verbum substantivum coniungitur 1) cum substantivis, 2) adiectivis, 3) pronominibus, quorum nominum casus plerumque nominativus, rarius genetivus aut alius est. accedit, ut in nominis locum succedat adverbium.

a.

1.

Substantivorum numerus, quae cum infinitivo praedicati loco coniungebantur, inde a Ciceronis temporibus valde auctus est, qua in re poetae magna licentia usi sunt, inprimis Ovidius. cuius in carminibis quae substantiva primum cum infinitivo ponuntur, sunt haec:

mora.
Ovidius, postquam canum Actaeonis multa nomina enumeravit, pergit met. III, 225: quosque referre mora est. „mora est" igitur idem valet quod „longum est."
met. I, 214. longa mora est, quantum noxae sit ubique repertum,
enumerare.
eadem locutio exstat: met. XIII, 205. V, 207. 463. P. IV, 16, 38. F. I, 492. V, 311.
F. III, 768. dicere nulla mora est.
met. I, 671. F. III, 408. parva docere mora est.
auxilium. F. VI, 443.
magna „succurrite!" voce,
„non est auxilium flere" Metellus ait.
honor. F. II, 533.
est honor et tumulis animas placare paternas.
dolor. her. XV, 233.
dolor est meus illa videre.
gradus. P. III, 7, 23.
proximus huic gradus est bene desperare salutem.
fraus. a. a. III, 491.
iudice me fraus est concessa repellere fraudem.
culpa. met. X, 200.
nisi si lusisse vocari
culpa potest, nisi culpa potest et amasse vocari.
crimen. F. III, 114. 782.
F. III, 114. (signa) magnum perdere crimen erat.
cf. met. V, 584. crimenque placere putavi.
her. VII, 164. quod crimen dicis praeter amasse meum?
voluptas. am. epigr. 3. her. XVII, 55. XII, 21. med. 31. tr. IV, 3, 37.
P. II, 9, 39.

her. XVII, 55. namque est meminisse voluptas.
dos. a. I, 10, 59.
est quoque carminibus meritas celebrare puellas
dos mea.
pignus. a. a. II, 247.
laeta erit, et causam tibi se scire esse pericli,
hoc dominae certi pignus amoris erit.
dolus. her. XIX, 32.
si tamen est, quod ames, velle tenere dolus.
consilium. a. a. I, 380.
consilium tamen est abstinuisse meum.
propositum. rem. 53.
utile propositum est saevas exstinguere flammas.
ratio. P. III, 9, 15.
non eadem ratio est sentire et demere morbos.
genus. P. III, 4 75
si genus est mortis male vivere, etc.
studium. rem. 207.
lenius est studium, studium tamen, alite capta
aut lino aut calamis praemia parva sequi.
pietas, amor. tr. V, 14, 27.
cum deus intonuit, se non subducere nimbo,
id demum pietas, id socialis amor.
opus, pietas, elementa. F. III, 709.
hoc opus, haec pietas, haec prima elementa fuerunt
Caesaris, ulcisci iusta per arma patrem.
barbaria. a. III, 8, 4.
at nunc barbaria est grandis habere nihil.
rudimentum. her. V, 97.
turpe rudimentum patriae praeponere raptam.
eloquium. F. IV, 111.
eloquiumque fuit duram exorare puellam.
peccatum. tr. III, 5, 50.
peccatumque oculos est habuisse meum.

commodissime hoc loco ea exempla subiunguntur, quae a superioribus non differunt nisi forma. obiecti enim loco infinitivus additus est praedicato, quod e verbo transitivo et accusativo verbi notionem supplente constat.

met. XIII, 299. si simulasse vocas crimen, peccavimus ambo.
F. II, 472. pro quo nunc cerni sidera munus habent.
met. V, 191. magna feres tacitas solocia mortis ad umbras
a tanto cecidisse viro.
P. IV, 8, 6. meritum velle invare voco.

Jam substantiva addo, quae quamquam ab Ovidio non primo cum infinitivo posita sunt, tamen raro inveniuntur.

opus est non idem significat quod „necesse“, sed „negotium“ est met II, 411. a. a. III, 370. F. III, 725. idem occurrit Cic. tusc. III, 33, 79. Verr. II, 1. 56, 147. Hor. c. I, 7, 5.

met. II, 411. non erat huius opus lanam mollire trahendo.
via. a. a. I, 585.

tuta frequensque via est per amici fallere nomen.

proprio sensu hoc substantivum exhibet Prop. V, 1, 36.

Fidenas longa erat isse via.

mos. v. Dr. p. 344 Kr. p. 12. hic antiquissimum locum laudat Plaut. capt. 985. ap. Ov. exstat met. XV, 41. a. III, 12, 19. F. II, 283. VI, 305.

facinus, scelus, quae substantiva Cic. Verr. V, 170 cum inf. posuit „facinus est vincire civem Romanum, scelus verberare", ap. Ov. inveniuntur, illud tr. II, 307, hoc met. X, 314. a. I, 4, 27. rem. 666. a. a. III, 551.

tr. II, 307. nec tamen est facinus versus evolvere molles.
met. X, 314. scelus est odisse parentem.

officium Ov. Ciceronem (de or. I, 31) secutus cum inf. coniunxit tr. I, 1, 37. P. IV, 11, 17.

P. IV, 11, 17. temporis officium solacia dicere certa est.

onus Ov. Ciceronem (Kr. p. 102) et Propertium secutus cum inf. posuit P. III, 4, 84.

res quoque tanta fuit, quantae subsistere summo
Aeneidos vati grande fuisset onus.

malum. huic substantivo num a scriptoribus Horatio antiquioribus inf. additus sit, nescio; apud poetas quidem Augusteos non reperitur nisi ap. Hor. sat. I, 2, 62. II, 6, 73. ap. Ov. P. I, 3, 46.

talibus ut levius sit caruisse malum.

cura. ap. Verg. primum inf. pendet ex hoc subst, quam structuram receperunt Tib. I, 8, 45. 9, 51. Prop. V, 1, 17. Ov. met. XIII, 479. her. XIII, 31. XVI, 198. a. a. I, 351. II, 58. 122. III, 484. 380. tr. V, 7, 10. P. IV, 3, 18. F. I, 30. 298. VI, 423.

pudor. Dr. p. 347 duos locos Ov. laudat, sed occurrit iam ap. Tib. III, 2, 7. Prop. IV, 12, 20. ap. Ov. legitur met. XIV, 19. a. a. I, 495. 705. II, 251. III, 203. rem. 359. tr. I, 1, 50. F. I, 205. V, 532.

rubor ap. Ov. Tibullum secutum inf. excipit a. a. III, 167.

nec rubor est emisse palam.

poena. hoc substantivum Ov. Prop. IV, 12, 38 imitatus cum inf. coniunxit: her. XIX, 51. tr. I, 5, 68. II, 140. IV, 9, 12. V, 11, 11. P, I, 7, 42. II, 2, 120.

morae pretium est. a. III, 13, 5.

grande morae pretium ritus cognoscere.

Alii substantivorum casus cum aliquo verbo copulativo iuncti praedicati munere funguntur.

Ovidii propriae sunt hae locutiones: opprobrio, damno, pudori, in fatis est, in morem venit.

tr. II, 445. non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo.
tr. II, 492. quae damno nulli composuisse fuit.
met. VII, 687. narrare pudori est.
a. III, 14, 21. illic nec tunicam tibi sit posuisse pudori.
tr. III, 2, 1. ergo erat in fatis Scythicam quoque visere nostris.

F. V, 283. venerat in morem populi depascere saltus.
cf. P. II, 7, 39. iam dolor in morem venit meus.
quod met. II, 86. XIII, 161. „in promptu est“ inf. junctum reperitur, Ov. sine dubio Lucretium secutus est, qui II, 246 scripsit:

namque hoc in promptu manifestumque videmus
pondere, quantum in se est, non posse abliqua meare.

curae est cum inf. positum Ovidio cum Vergilio commune est.
P. II, 7, 21. est illi curae me perdere.

2.

De adiectivorum numero, ex quibus inf. pendet, duo affero, quae ap. Dr. p. 400 non repperi.
conveniens. P. III, 2, 110.

lapso succurrere amico
conveniens istis moribus esse puta.

idem exstat in posteriorum scriptorum libris: Plin. n. h. 34, 7, 16. Plin. ep. III, 18. X, 3. pan. 87.
in facili est idem significans quod „facile“ est Livius primus usurpavit. inf. addidit Ov. a. a. I, 562.

in facili est omnia posse deo.

3.

aliquid est ab Ovidio primo cum inf. coniunctum est met. XII, 93. XIII, 241. her. III, 131. IV, 29. XI, 11. rem. 480. tr. I, 2, 53. V, 1, 59. P. II, 7, 65. 8, 9. 10, 39. III, 4, 18. F. I, 484. VI, 27.
F. VI, 27. est aliquid nupsisse Iovi, Iovis esse sororem.
semper versum incipit praeter her. XI, 11.

scilicet est aliquid cum saevis vivere ventis.

non tanti est, quod primum ap. Cic. cum inf. positum exstat, eodem modo ab Ovidio usurpatum est met. XI, 779.

nec erat mihi vincere tanti.

de usu pronominum, quae iam sequuntur, nihil exploratum habeo, nisi in poetarum Augusteorum carminibus praeter „quid“ nullum infinitivo excipi. nec tamen dubium est, quin ap. alios scriptores infinitivus ex iis pendeat.
quid. Hor. sat. II, 3, 41. inquiram, quid sit furere.
tr. I, 8, 17. quid fuit ingenti prostratum mole sodalem

visere? h. e. quam parvi laboris fuit?

her. XVII, 181. velle quid est aliud fugientia prendere poma

spemque suo refugi fluminis ore sequi?

idem. P. IV, 2, 33.

in tenebris numerosos ponere gressus,
quodque legas nulli scribere carmen, idem est.

quod. met. VII, 13.

aliquid certe simile huic (est), quod amare vocatur.

illud. tr. I, 3, 89. egredior . . sive illud erat sine funere ferri.
adverbium infinitivi praedicatum est.
parum est. Ov. Sallustium et Livium, apud quos „parum habeo“

inf. excipit, secutus inf. posuit met. V, 666. VI, 3. VIII, 69. her. III, 25. IX, 47. tr. II, 4. P. III. 1, 35. F. II, 415.
tr. II, 4. an semel est poenam commeruisse parum?
quo? Ovidius Horatium imitatus cum infinitivo coniunxit a. III, 8 47. a. a. I, 303. P. I, 5, 67
a. III, 8, 47. quo tibi turritis incingere moenibus urbes?
quo tibi discordes addere in arma manus?
simile est, quod ap. Prop. exstat II, 7, 13: unde mihi Parthis gnatos praebere triumphis?

b.

Verba impersonalia, quae apud Ovidium primum infinitivi praedicata reperiuntur, sunt haec:
delectat. rem. 103.
delectat Veneris decerpere fructum.
laedit. a. a. I, 443. III, 685.
a. a. I, 443. promittas facito, quid enim promittere laedit?
opem fert. P. IV, 8, 81.
prosit opemque ferat communia sacra tueri.
evenit.
a. II, 10, 17. hostibus eveniat viduo dormire cubili.
P. IV, 6, 35. hostibus eveniat, quam sis violentus in armis, sentire.
superest. met. VII, 149. XIV, 145. her. XV, 269. F. III, 675. VI, 693.
F. VI, 693. superest mihi dicere.
patet Dr. non commemorat, Georges notat „Cic. u. A", Forcellini laudat Cic. tusc. I, 23, index Hor. Zangemeisteri sat. II, 2, 30; sed utroque loco acc. c. inf. exstat. ap. Ov. duobus locis inf. verbi impersonalis „paenitet" pendet.
her. XVI, 32. iuvenem facti paenituisse patet.
tr. IV, 9, 4 fac modo, te pateat paenituisse tui.
subit. a. II, 5, 11. tr. I, 7, 9.
tr. I, 7, 9. quae quotiens spectas, subeat tibi dicere etc.
alia impersonalia sequantur, quae apud ceteros scriptores rara sunt, aut Ovidio inprimis videntur placuisse.
taedet, quod verbum Dr. p. 330. uno loco Terentiano Phorm. 487 c. inf. positum esse dicit, Tibulli carmina perlustranti mihi oblatum est II, 5, 93. IV, 7, 10. huc addo Ov. a. a. II, 325.
nec taedet oscula ferre.
piget, de cuius v. usu Dr. dicit „Häufiger ist piget. Sall. Jug. 95, 4. Liv. 8, 2, 12. 31, 7, 13. Und so bei Späteren," ap. Tib. exstat I, 1, 31. 6, 52. IV, 4, 3; ap. Prop. V, 7, 29; saepe ap. Ov. met. II, 183. V, 221. IX, 631. XI, 778. XIII, 808. a. II, 7, 2. her. IX, 72. XII, 210. XIV, 8. 14. med. 47. a. a. I, 621. III, 717. rem. 237. P. III, 9, 19. II, 6, 14. tr. V, 1, 8. F. IV, 151.

satis memorabilis usus formulae „est“ mihi videtur, quae idem significat quod „licet.“ v. Dr. p. 293. et quae addidit Kr. p. 16, qui locos Ovidio antiquiores congesserunt. saepius in negativis quam in affirmativis sententiis reperitur. ap. Ov. „non est“ occurit: met. III, 478. a. a. II, 447. 531. tr. I, 2, 110. III, 4, 55. 12, 25. V, 11, 19. F. II, 765. „est“ a. a. III, 429 in interrogativo enuntiato.

quid minus Andromedae fuerat sperare revinctae,
quam lacrimas ulli posse placere suas?

in affirmativo a. a. I, 619.

blanditiis animum furtim deprendere nunc sit.

vix est ap. Ovidium unum repperi.

P. IV, 12, 43. peream, nisi dicere vix est.
P. IV, 15, 25. vix est discernere.

decet. de usu v. Dr. p. 336. sine accusativo exstat Tib. I, 1, 73. IV, 1, 83. 2, 9. Ov. met. IV, 330. VIII, 27, a. II, 5, 43. III, 7, 82. 10, 48. a. a. III, 432. P. I, 6, 20. cum acc. ap. Ov. quater decies.
dedecet. antiquissima infinitivi exempla Dr. Ciceroniana et Horatiana laudat. secutus est Ov. her IX, 66. a. a. II, 530.
convenit. Ovidius Catonem et Ciceronem secutus unus de poetis Augusteis cum inf. posuit F. IV, 811.

contrahere agrestes et moenia ponere utrique
convenit.

placet. antiquissimum infinitivi exemplum exhibet Brut. ap. Cic. fam. 11, 1, 6. secuti sunt Horatius et Ovidius met. I, 260. 367. III, 322. V, 525. XIV, 804. a. a. I, 505. tr. I, 10, 23.
videtur idem valens quod „placet“ Cic. primus cum inf. coniunxit (Dr. p. 338), tum Ovidius met. IX, 528.

visum est delere „sororem“.

stat. v. Dr. p. 305. Kr. 17. Ov. Ciceronem et Vergilium secutus inf. addidit.
her. II, 143. stat nece matura tenerum pensare pudorem.
F. IV, 602. statque semel iuncti rumpere vincla tori:
prodest, quod v. Cicero cum inf. coniunxit (Dr. p. 339), occurrit ap. Hor. Tib. I, 2, 76. 8, 9, 70. Prop. I, 9, 9. III, 32, 28. IV, 17, 12. ap. Ov. duodevicies.
iuvat Ovidius omnium poetarum Augusteorum exemplum secutus saepenumero cum inf. coniunxit. de hoc usu v. Kr. p. 17, cuius exemplis Tibullianis addo III, 5, 19. IV, 3, 9. 7, 9. Propertianis I, 2, 1. III, 9, 13. accedit accusativus personae Tib. I, 5, 30. Prop. III, 4, 11, 12, 18. 32, 59. IV, 4, 19. ap. Ov. exstat sine acc. met VI, 17, 370. VII, 797. 858. VIII, 138. IX, 485. XII, 162. XIII, 965. XV, 147. a. I, 13, 5. II, 6, 19. 9, 13. III, 6, 9. her. II, 140. IV, 45, 87. XI, 17. XIII, 17, 119. XVIII, 64. [XXI, 217]. a. a. I, 428. III, 413. 651. rem. 13. 542. P. I, 5, 36. 45. III, 5, 20. 7, 21. IV, 2, 30. 10, 66. 16, 51. F. II, 620. III, 175. V, 674. 690. VI, 589. — cum acc. personae multo rarius occurrit: met XV, 92. a. I, 4, 4. II, 14. 1. 19, 60. her. XII, 147. a. a. I, 406. II, 689. tr. II, 69, IV, 3, 55. Jb. 618.

nocet Tibullus (I, 8, 25. II, 3, 70) et Ov. cum inf. coniunxerunt: met. I, 397. 662, VI, 38. IX, 478. XV, 131. tr. II, 411. P. II, 6, 38. F. III, 191. IV, 757.
obest, quo ex verbo Dr. p. 339 duobus locis: Cic. fam. 9, 13, 4. et Ov. F. IV, 755 infinitivum pendere dicit, etiam tr. II, 443. F. IV, 310 repperi.
contingit Cic, Verg, Hor. cum inf. posuerunt (v. Dr. 341). secuti sunt Tib. I, 3, 33. Ov. met X, 334. a. I, 3, 18. II, 10, 35. III. 14, 49. her. XI, 92. a. a. II, 638. P. I, 3, 48. III. 1, 145. 5, 16.
restat. Dr. p. 341. locos Terentii, Lucretii, Horatii laudat; ap. Verg, Tib. Prop. deest, in Ovidii carminibus duobus locis inf. excipit: met. I, 700. F. V, 369.
attinet, pertinet (Dr. p. 340), quorum illud primum ap. Cic, hoc ap. Cornif. ad Her, cum inf. coniunctum invenitur, Horatius et Ovidius receperunt. Hor. c. III, 23, 13. ep. 4, 17. — pertinet sat. II, 2, 35. 3, 11.
her. XII, 207 sed quid praedicere poenam
attinet?
a. a. III, 501. pertinet ad faciem rabidos compescere mores.
necesse est, quod iam antiquitus infinitivum excipit, a poetis Augusteis raro ita ponitur: Hor. sat. II, 6, 26. a. p. 48. Verg. A. IV, 613. VI, 513. ap. Tib. et Prop. deest. Ov. inf. posuit a. III, 14, 2. 39. her. XII, 131. a. a. II, 685. etiam rarius oportet cum nudo inf. coniunctum est: Hor. ep. I, 10, 12. Tib. III, 1, 14. Ov. a. a. I, 699: „ita credere oportet;" saepius cum coniunctivo: Hor. ep. I, 2, 49. Prop. II, 4, 11. 8, 25. IV, 6, 77. V, 1, 10. Ov. her. I, 83. tr. I, 5, 51. P. III, 1, 6. 35. 144.
expedit raro, sed omnibus temporibus inf. excepisse Dr. p. 340 dicit; exempla non attulit nisi ex scriptoribus prosae orationis petita. quapropter laudo Ter. heaut. 388. Phor. 766. Hor. c. II, 8, 9. Ov. P. II, 2, 58. F. III, 70.
opus est idem significans quod necesse est (v. Dr. p. 339) apud poetas illius aetatis perrarum est. cum nudo infinitivo coniunctum est Hor. c. I, 15, 25. Prop. II, 6, 25. Ov. a. I, 11, 23.

c.

De infinitivo, cuius praedicatum personale verbum est, Dr. p. 432 et Kr. p. 18 s. disseruerunt, quorum hic praeter Ciceroniana exempla etiam singula Plautina et Lucretiana attulit. ap. Ovidium haec structura tribus locis occurrit.
met. II, 483 posse loqui eripitur.
a. a. II, 626 emitur magno nil nisi posse loqui.
P. II, 9, 47 ingenuas didicisse fideliter artes
emollit mores.

d.

Raro infinitivi praedicatum alter infinitivus est, cuius structurae exempla ap. Catonem (de r. r.), Ciceronem, Sallustium inveniuntur. v. Dr. p. 389. de poetis Augusteis Ovidius unus secutus est.

met. XIII, 670 si miro perdere more
ferre vocatur opem.

met. XV, 255 nascique vocatur
incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique
desinere illud idem.

a. a. III, 365 parva tabella capit ternos utrimque lapillos,
in qua vicisse est continuasse suos.

idem versus occurrit tr. II, 482.

P. IV, 2, 13 mittere cármen ad hunc frondes erat addere silvis.

activa structura exstat met. V, 519
si reperire vocas amittere certius, aut si
scire, ubi sit, reperire vocas.

II. De accusativo cum infinitivo, qui subiecti loco est.

Accusativi cum inf. praedicatum a) nomen substantivum aut adiectivum est cum verbo substantivo coniunctum, b) verbum impersonale.

a.

Ovidii propria sunt haec substantiva cum acc. et inf. posita:

crimen. P. IV, 11, 1
Gallio, crimen erit vix excusabile nobis
carmine te nomen non habuisse meo.

lex. a. a. I, 655. neque enim lex aequior ulla est,
quam necis artifices arte perire sua.

sors. F. III, 804
viscera qui tauri flammis adolenda dedisset,
sors erat aeternos vincere posse deos.

onus. med. 21
induitis collo lapides oriente petitos
et quantos onus est aure tulisse duos.

satis poenae. her. XIV, 87
at satis est poenae tenerum mugisse puellam.

voluptas. her. XVI, 131
prima mea est igitur Veneri placuisse voluptas,
proxima me visam praemia summa tibi.

in fatis est. met. I, 256
esse quoque in fatis reminiscitur adfore tempus, s.

ex aliorum substantivorum numero, quae Ov. priorum scriptorum exemplo cum acc. et inf. posuit, addo:

scelus. Dr. p. 404 unum locum Plautinum affert. de poetis Augusteis certe nemo praeter Ovidium secutus est met. XV, 88

heu quantum scelus est in viscera viscera condi!

praeter ea adiectiva, quae Dr. p. 399 s. cum acc. et inf. coniuncta esse dicit, apud Ovidium repperi: mirabile, indignum, plus nimio, vero propius, turpe, tutum.

met. VIII, 136 Pasiphaen non est mirabile taurum
praeposuisse tibi.

a. I, 10, 53 nec tamen indignum a divite praemia posci.

P. II, 3, 55.

tr. II, 210 quem nimio plus est indoluisse semel.

F. IV, 801 num tamen est vero propius, cum condita Roma est,
transferri iussos in nova tecta Lares?

a. I, 10. 26 turpe erit ingenium mitius esse feris.

P. II, 3, 37.

P. II, 2, 59 vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit,
non contrectari tutius esse puto.

b.

Primum apud Ovidium accusativi cum inf. praedicata haec impersonalia sunt: nocet, subit, latet.

a. a. I, 236 sed tamen et spargi pectus amore nocet.

tr. II, 291 proxima adoranti Junonia templa subibit
pelicibus multis hanc doluisse deam.

met. II, 755.

P. IV, 13, 6 qualis enim cunque est (sc. structura carminis)
non latet esse meam.

Jam ea impersonalia sequuntur, quae, quamvis Ovidio cum aliis scriptoribus communia sint, tamen non praetereunda esse putavi.
iuvat. Dr. p. 397. hoc verbum acc. cum inf. non excipere dicit nisi tribus Ciceronis locis. Ovidius autem secutus est a. II, 19, 60. a. a. II, 715. rem. 629. tr. II, 69. F. III, 696.

a. II, 19, 60 me tibi rivalem si iuvat esse, veta.

placet idem valens quod „videtur“ Dr. p. 397. acc. c. inf. ap. Ciceronem, Caesarem, Sallustium, Horatium, Livium excipere memorat. eodem sensu positum occurrit ap. Verg. A. II, 659. XI, 332. ap. Ov. met. XI, 391. XIV, 803. a. a. III, 147. F. VI, 208. proprio sensu her. VIII, 85. XVII, 154. F. III, 277.

her. VIII, 85 nec quondam placuit, nec nunc placuisset Achilli
abducta viduum coniuge flere virum.

succurrit, quod v. a. Cicerone, Caesare, Varrone, Vergilo acc. c. inf. iunctum esse Kr. p. 21. dicit, uno Ovidii loco invenitur.

F. V, 333 at mihi succurrit numen non esse severum.

oportet, praestat a poetis Augusteis raro cum acc. et inf. posita sunt, illud Hor. sat. I, 6, 17. II, 6, 52. Verg. e. 6, 5. Ov. rem. 23. hoc Verg. A. III, 429. Ov. her. XIV, 7 exstat.

prodest Ovidius Lucretii, Ciceronis, aliorum exemplo (v. Kr. 205.) cum acc. et inf. coniunxit a. III, 9, 22. her. I, 48.

liquet. hoc verbum Dr. non commemoravit. de eius usu quaerenti mihi oblata sunt haec exempla: Ter. eun. 331. Cic. de n. d. I, 42. de poetis Augusteis a nullo nisi ab Ovidio usurpatum est met. XIV, 842. a. II, 5, 24. tr. I, 1, 62. III, 10, 12. IV, 7, 11. V, 13, 19. P. I, 6, 4. 50. 9, 46.

III. De nudo infinitivo, qui ex substantivis et verbis impersonalibus ita pendet, ut subiecti munere non fungatur.

a) nudus inf. ex substantivis pendet.

1) genitivi loco his substantivis additus est:

timor.

met. II, 65 unde mare et terras ipsi mihi saepe videre
fit timor.

tr. I, 8, 11 tantane te, fallax, cepere oblivia nostri,
afflictumque fuit tantus adire timor?

voluntas. met XII, 177
dic age, nam cunctis eadem est audire voluntas.

libido. a. II, 7, 19
di melius, quam me, si sit pecasse libido,
sordida contemptae sortis amica iuvet!

ardor. met. X, 81 multas tamen ardor habebat
iungere se vati.

cf. tr. I, 1, 54 quaerendique mihi nominis ardor erat.

mens. her. II, 133
hinc mihi suppositas immittere corpus in undas
mens fuit.

impetus. met. II, 662. VI, 461. VIII, 38. XI, 333. a. II, 5, 46. her. IV, 38. V, 64. P. IV, 7, 30. F. V, 541.

P. IV, 7, 30 venit in adversos impetus ire viros.

cf. F. IV, 221 unde venit, dixi, sua membra secandi
impetus.

auctor. met. X, 83 (Orpheus) fuit auctor amorem
in teneros transferre mares.

spes. a. II, 4, 14 spemque dat in molli mobilis esse toro.

species. a. II, 19, 14 praebuit speciem esse nocens.

superioribus substantivis, quae ap. Ov. unum cum inf. coniuncta occurrunt, haec adiungo:

animus (de usu v. Dr. p. 306. Kr. p. 72.) infinitivo excipitur met. V, 150. her. VII, 181. P. II, 9, 55.

met. V, 150 opprimere est animus.
substantivum animi non idem valere quod „consilium,“ ut quidam existimant, ex hoc loco colligi potest:
met. III, 559 satis Acrisio est animi contemnere vanum numen.
sententia singulis Ciceronis, Cornificii, Horatii, Vergilii, Livii locis cum inf. coniunctum exstat. (Dr. p. 307. Kr. 71). Livius 21, 30, 1. loco „sententia est“ posuit „sententia stat;“ Ovidius secutus est met. VIII, 67.
stat sententia tradere secum
dotalem patriam finemque imponere bello.
tempus. v. Dr. p. 344 et quae addidit Kr. p. 69. s. Ovidius Ciceronis aliorum exemplo inf. posuit met. X, 657. XIV, 808. a. a. III, 809. gen. gerundivi occurrit a. a. III, 620
2) dativorum loco esse mihi videntur hi infinitivi:
her. I, 109 nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis
cf. a. II, 4, 7 nam desunt vires ad me mihi iusque regendum.
her. XIII, 143 dabit et mandata reverti.
cf. [her. XXI, 105] neque enim mandata dedissem
ulla, nisi ut nolles immemor esse mei.
P. IV, 14, 6 sunt ultima vota
quolibet ex istis scilicet ire locis.
cf. tr. V, 8, 37 utque ego te videam causa graviore fugatum,
hae sunt a primis proxima vota meis.
her. XVII, 203 ut et mare finiat iram,
accedant, quaeso, fac tua vota meis.
b) nudus infinitivus, qui ex verbo impersonali „vacat“ pendet, dativi numero est. Ovidius Cassium (ap. Cic. fam. 12, 12, 2), Vergilium, Propertium secutus (v. Kr. p. 19) infinitivum posuit met. V. 334. tr. II, 216. V, 2, 6. P. I, 2, 77. III, 3, 1.
met. V, 333 sed forsitan otia non sint
nec nostris praebere vacet tibi cantibus aures.

IV. De accusativo cum infinitivo, qui non subiecti loco est.

Omnes infinitivi, qui sequuntur, genetivi instar sunt.
fama, de cuius subst. structura Dr. p. 401. Kr. p. 74. egerunt, ab Ovidio Terentii, Ciceronis, aliorum exemplo cum acc. et inf. coniungitur met. II, 268. III, 699. IV, 305. IX, 316. X, 45. XV, 356. 431. her. III, 57. IX, 143. XIII, 3. VI, 9.
met. II, 268 ipsum quoque Nerea fama est
Doridaque et natas tepidis latuisse sub antris.

her. VI, 9 cur mihi fama prior quam nuntia littera venit
isse sacros Martis sub iuga panda boves?
her. IX, 3 fama Pelasgiadas subito pervenit in urbes,
quem nunquam Juno seriesque immensa laborum
fregerit, huic Jolen imposuisse iugum.
spes. Plautum et Ciceronem secuti (Dr. p. 404) Horatius (c. s. 73) et Ovidius acc. c. inf. posuerunt.
P. II, 7, 79 spes quoque posse mora mitescere principis iram,
vivere ne nolim deficiamque, cavet.
tr. IV, 6, 49 una tamen spes est, quae me soletur in istis,
haec fore morte mea non diuturna mala.
met. XIV. 566.
F. VI, 393 posse fame vinci spes excidit.
F. II, 466 spemque dabant salices hos quoque posse tegi
P. II, 3, 68.
her. XV, 14 spem facit hoc recipi me quoque posse modo.
met. VII, 304 spes est virginibus Pelia subiecta creatis
arte suum parili revirescere posse parentem.
tr. III, 5, 25 spe trahor exigua
tristia leniri numina posse dei.
F. II, 334 spem capit in dominis esse soporis idem.
tr. III, 5, 53 spes igitur superest facturum, ut molliat ipse s.
cf. P. I, 6, 27 spes igitur menti poenae, Graecine, levandae
non est ex toto nulla relicta meae.
signum a Draegero non commemoratur.
met. I, 220 signa dedi venisse deum.
fiducia. cf. Kr. p. 75. Ov. a. a. I, 269. II, 349.
a. a. I, 269 prima tuae menti veniat fiducia omnes
posse capi.
fides ab Ovidio Plauti, Terentii, Ciceronis, Vergilii exemplo (v. Dr. p. 402. Kr. p. 75) cum acc. et inf. ponitur.
F. III, 145 nec mihi parva fides annos hinc isse priores.
tempus. Ovidius Terentium, Ciceronem, alios secutus (Dr. p. 404. Kr. p. 74) acc. c. inf. usurpavit.
a. II, 9, 23 me quoque
defunctum placide vivere tempus erat.
testis cum acc. et inf. positum exstat ap. Terentium, Ciceronem, Livium, quos Prop. III, 30, 28. IV, 14, 11. V, 1, 79. Ov. P. IV, 7. 4. F. VI, 765 secuti sunt.

V. De nudo infinitivo, qui accusativi numero plerumque verbis additus est, quo verbi finiti notio per se indefinita suppleatur.

Omnibus ex verbis, quae sequuntur, praeter illa, quae p. 5 s. nominatim attuli, infinitivus accusativi loco pendet. quorum, si, quid significent, spectemus, haec genera distinguenda esse existimo:
a. verba, quibus potestatis notio inest et contraria.
a. verba propensi, adversi, dubii animi.
c. verba orandi eorumque similia.
d. verba consilii.
e. verba dandi et contraria.
f. verba incipiendi, pergendi, desinendi, similia.
g. verba festinandi et perseverandi.
h. verba discendi et docendi.
i. verba assuescendi.
l. verbum paciscendi.
m. verbum merendi.
n. verbum vacandi.
o. verba affectuum.
p. verba impellendi et mittendi.

a.

valeo. de huius verbi usu disseruerunt Dr. p. 293 Kr. p. 23. Ovidius Lucretium, Horatium, alios secutus inf. posuit met. II, 59. 192. VII, 577, IX, 434. XII, 101. XIII, 310. 393. XV, 318. 547. her. XII, 166. a. a. I, 561. tr. III, 6, 18. 11, 22. F. I, 337. ap. Tibullum occurrit IV, 1, 2.
habeo idem valens quod „possum“ non solum ap. Cic. Suet. Gellium, ut ait Draeger p. 294, exstat, sed etiam ap. Ovidium met. IX, 658. tr. I, 1, 123. P. III, 1, 82.
tr. I, 1,123 plura quidem mandare tibi, si quaeris, habebam.
scio. de hac structura Dr. p. 295 et Kr. p. 22 egerunt. exemplis ab iis allatis addo Hor. a. p. 20. 158. 273. 316. 424. ep. I, 17, 14. Prop. IV, 2, 49. Ov. a. a. I, 131. III, 199. 349. 354. 544. tr. III, 11, 39.
nescio. (Dr. p. 295. Kr. 22.) ap. Hor. nescio saepe inf. excipit. v. Zangem. s. v. nescio. ap. Tib. I, 6, 34. ap. Prop. IV, 14, 44. 18, 4. ap. Ov. a. a. III, 41. 320. 367. r. 344. P. I, 3, 23 invenitur.
novi Cato primus cum inf. coniunxit. v. Kr. p. 23. eius exemplis addo Tib. III, 4, 46. Ov. her. VI, 53. 124. a. I, 3, 6. accipe, qui pura norit amare fide.

b.

volo, nolo, malo, cupio, ut quae saepe occurrant, non curavi, nisi quod notandum esse putavi imperativum „noli“ praeter opinionem rarum esse: met XI, 662. a. a. I, 479. rem. 769. tr. IV, 4,

28. III, 5, 25. 11, 63. IV, 4, 28. P. II, 9, 75. F. II, 202. V, 319. saepius in eius locum succedere „parce“ et „desine,“ de quibus v. infra agetur.

praefero non solum ab eo, qui bellum Alex. scripsit, et ab Horatio cum inf. positum est, sed etiam ab Ovidio
met. IX. 153 omnibus illis
praetulit imbutam Nesseo sanguine vestem
mittere.

amo. Ov. Plautum, Horatium (v. Kr. p. 104) secutus scripsit her IV, 76
fine coli modico forma virilis amat.

aveo, quod verbum a Lucretio, saepe a Cicerone cum inf. compositum est, ap. Ov. legitur met. II, 503
propius accedere aventi
vulnifico fuerat fixurus pectora telo.

desidero Dr. p. 298 ante Cic. cum inf. non coniunctum esse dicit. in poetarum Augusteorum libris non reperitur nisi ap. Ov. tr. I, 5, 45.
scire meos casus si quis desiderat omnes.

peto (Dr. p. 298. Kr. 25) Lucretii, Horatii, Vergilii exemplo ab Ovidio cum inf. positum est met. VIII, 421. XIV, 571. P. II, 3 33. met. VIII, 421 victricemque petunt dextrae coniungere dextram.

expeto, quod verbum a comicis saepius cum inf. iunctum est, Cicero raro, Ovidius unus de poetis Augusteis receperunt met. VII, 475. IX, 549.
met. VII, 475 turba ruit tantaeque virum cognoscere famae
expetit.

opto (Dr. p. 298. Kr. 24 s) inde a Plauti temporibus satis saepe infinitivum excipit. ap. Ovidium legitur met. IV, 188. 316. V, 558. X, 364. XI, 128. XIII, 708. a, III, 2, 30. 7, 47. her. XVI, 109. a. a. I, 294. tr. III, 1, 66. 8, 5. IV, 8, 30. P. I, 3, 33. III, 3, 105. ap. Tib. I, 6, 74. IV, 11, 4. uno loco ab Ovidio optandi verbo nudi infinitivi loco coniunctivus per coniunctionem „ut“ annectitur: her. XVII, 197, nullo nudus coniunctivus.

precor Ovidius unus eodem sensu quo optandi verbum cum nudo inf. posuit his locis:
her. V, 159 tua quod superest temporis esse precor.
P. I, 2, 65 nec tamen ulterius quicquam sperove precorve,
quam male mutato posse carere loco.
P. I, 7, 6 precor esse tuus.

gestio, quod verbum ap. Plautum et Ciceronem inf. excipit, ab Horatio, Tibullo, Ovidio receptum est. ap. Tib. II, 1, 72 reperitur ap. Ov. met. IV. 130. VI, 664.

ardeo. huic v. Ov. Sallustium et Vergilium secutus inf. addidit, met. V, 166
ruere ardet utroque.

saevio ap. Ovidium unum inf. excipit met. I, 200
manus impia saevit
sanguine Caesareo Romanum exstinguere nomen.
affecto. Dr. p. 303 unum locum Ovidio antiquiorem attulit Plaut. bacch. 377, qui spurius habetur.
a. a. II, 39 non ego sidereas affecto tangere sedes.
caveo Ovidius Catonis, Ciceronis, aliorum exemplo cum inf. posuit. (Dr. p. 322) ap. Prop. exstat III, 9, 17 ap. Ov. her XIX, 36. P. III, 1. 139.
parco. Dr. p. 322 Catonis, comicorum, aliorum locos congessit. inf ap. omnes poetas Augusteos reperitur. imperativus exstat ap. Tib. I, 6, 51. III, 5, 6, ap. Prop. I, 5, 26. II, 5, 18. IV, 14, 43 (parcas) ap. Ov. met. X, 545. XV, 75. 174. a. I, 2, 50. 10, 47. her V, 43. XV, 279. XVII, 203. XIX, 115, 117. a. a. I, 183. II, 557. 641. III, 9. 457. rem. 3, 645. tr. III, 11, 32. V, 9, 34. 11, 30. F. IV, 204. VI, 621. errat autem Dr, cum alias formas reperiri negat.
F. IV, 101 idem
frontem dilectae laedere parcit ovis.
fugio, de cuius v. usu v. Dr. p. 322 s, Lucretius primus cum inf, coniunxit, quem praeter Prop. omnes poetae Augustei secuti sunt. Tib. I, 4, 9. Ov. her. IX, 75
non fugis, Aeacide, victricem mille laborum
rasilibus calathis imposuisse manum.
refugio, quod verbum ap. Cic. Hor. Verg. infinitivum excipere exemplis docuit Kr. p. 27, ap. Ovidium exstat a. III, 6, 5
nec te transire refugi.
sperno. Ovidius Horatium secutus inf. addit met IX, 117
obsequio deferri spernit aquarum.
probo, quod reddimus „billigen", Ovidius Caesarem (b. c, I, 29.) Horatium (c. s, 15). secutus cum inf. coniunxit.
a. a. III, 215 nec coram mixtas cervae sumpsisse medullas
nec coram dentes defricuisse probem.
dignor, quo ex verbo primum ap. Lucretium, tum ap. Hor. et. Verg, inf. pendet (v. Dr. p. 320. Kr. p. 30), Ovidius usurpavit met. X, 158. a. III, 1, 37. Ib. 149. F. IV. 540. tr. IV, 1, 52.
dedignor (v. Dr. p. 330) Ovidius primus cum inf. posuit F. IV, 36 met. XIII, 586. P, II, 2, 79. a. III, 7, 73. her. IV, 149.
F. IV, 36 non dedignata est nomen habere Venus.
indignor. Ov. Lucretii et Horatii exemplo inf. addidit (Kr. p. 30) tr. IV, 10, 103. met. X, 604.
tr. IV, 10, 103 indignata malis mens est succumbere.
erubesco (v. Dr. p. 329. Kr. 24. 27) Ovidius Vergilium et Livium secutus cum inf. posuit tr. III, 1, 14
erubui domino iultior esse meo.
fastidio, quo ex verbo ap. Livium inf. pendet, exstat ap. Ov. rem. 305
diligit ipsa alios, a me fastidit amari.

vereor. huic verbo iam a Plauto inf. additus est. Dr, postquam exempla ex prosa oratione petita laudavit, quorum novissimum Caesarianum est, pergit „Ebenso bei Dichtern und Späteren." poetarum Augusteorum usus est hic: v. occurrit ap. Hor. sat. II, 3, 40. ap. Verg. VI. 613. ap. Tib. deest. saepius ap. Prop. et Ovidium reperitur, Prop. I, 6, 1. 10, 11. 14, 23. Ov. met. IV, 627. IX, 228. X, 287. a. III, 1, 54. tr. I. 1, 124. IV, 5, 5. F. I, 267.

timeo (v. Dr. p. 328. Kr. 27) ap. poetas Augusteos superiore verbo multo saepius reperitur, ut Kr. multis exemplis docuit. Ovidiani loci sunt hi: met. I, 176. 593. 745. VIII, 733. XII, 246. XIV, 180, a. I, 8, 85. 14, 5. II, 2, 18. III, 9, 42. her. XIV, 20. XIX, 107. 161. [XXI, 172] a. a. II, 167. 370. tr. I, 1, 95. 4, 23, P. III, 1, 119. IV, 6, 13.

metuo, quo ex verbo ap. plurimos scriptores praeter Ciceronem inf. pondet, ap. Ov. legitur met. I, 745. II, 860. a. III, 3, 31, her. XV, 283. XVIII, 185. P. I, 6, 3.

horreo Ovidius Catulli, Ciceronis, Vergilii exemplo (Kr. p. 27) cum inf. coniunxit.

tr. I, 1, 86 illum, quo laesa est, horret adire locum.

P. II, 2, 28 nec petere offensi numinis horret opem.

trepido Ovidius Vergilium et Horatium secutus cum inf. posuit.

P. III, 1, 119 quid trepidas et adire times?

paveo, extimesco, his ex verbis ap. Ov. primum inf. pendet.

met. I. 387 pavetque
laedere iactatis maternas ossibus umbras.

her. XIV, 5 manus extimuit iugulo demittere ferrum.

her. XII, 117.

recuso. v, Dr. p. 323. Kr. p. 33. exemplis ab his allatis addo Tib. III, 4, 73. Ov. met. I, 385. X, 171. XIV, 487. a. II, 14, 14. 15. 22. her. III, 115. V, 83. a. a. II, 655. tr. V, 2, 77.

gravor (v. Dr. p. 330), quod verbum a Cicerone, Caesare, Livio cum inf. coniunctum est, de poetis Augusteis Ovidius unus recepit.

P. II, 11, 24 nullum ferre gravaris onus.

prohibeo. de usu frequentissimo v. Dr. p. 331. inf. ex hoc verbo ap. omnes poetas Augusteos praeter Tibullum pendet. Prop, III, 7, 22. Ov. met. II, 646. V, 101. VII, 573. 717. IX, 59. 329. 595. XV, 28. a. II, 19, 53. her. XIII, 125. XVII, 97. P. III, 6, 12. I, 5, 51. F. II, 505.

impedio, quod v. ante Cicerenem cum inf. non coniunctum est, Ovidius unus de poetis Augusteis his locis usurpavit: met. IX, 329.

P. I, 1, 21 nihil impedit ortos
exule servatis legibus urbe frui.

arceo (v. Dr. p. 332) ante Ovidium inf. non excipit. met. III, 88. XII, 427. P. III, 3, 56.

met. III, 88 plagamque sedere
cedendo arcebat.

nego nonnullis locis idem valere quod recuso Dr. p. 323 infitiatur,

idem compositis concedit. cui Kr. p. 34. adversatur. is enim complures locos Vergilianos congessit, ex quibus recusandi notionem negandi verbo inesse posse efficitur. suffragantur hi Ovidiani loci:
a. II, 15, 19 Ovidius se anulum factum amicae missum esse fingit: si dabor, ut condar loculis, exire negabo.
a. a. II, 243 si tibi per tutum planumque negabitur ire, s. neutro loco „nego" verbum dicendi est. recusandi igitur notionem his quoque locis subesse puto:

met. X, 323 damnare negaret
hanc venerem pietas.
met. XIV, 250 ire negabamus.
F. V, 650 comites longius ire negant.
her. III, 40 quae dare debueras, accipere illa negas.
P. III, 6, 20 nec, quia Neptunus navem lacerarat Ulixis
Leucothee nanti ferre negavit opem.

cunctor (Dr. p. 326, Kr. 37 s.) Ovidius Ciceronem, Sallustium Vergilium secutus uno loco cum inf. posuit.
P. IV, 14, 19 ergo ego, ne scribam, digitos incidere cunctor?
cesso, quo ex verbo ap. Plautum, Ennium, alios inf. pendet, ap. Ovidium occurrit. v. Kr. p. 37.
P. III, 4, 95 quid cessas currum pompamque parare triumphis?
F. VI. 675 quid cessas convivia solvere?
moror (Dr. p. 326, Kr. p. 35) Ovidius Plautum, Ciceronem alios secutus cum inf. posuit. Hor. ep. XVI, 24. Ov. a. I, 11, 25. her. XII, 186. met. XIII, 531.
her. XII, 186 nec moror ante tuos procubuisse pedes.
dubito. de hoc verbo Dr. p. 327 dicit „dubito Bedenken tragen hat selten in affirmativer Bedeutung, häufig in verneinender und fragender Form den blossen Jnf." Ovidianus quidem usus est hic; in negativis enuntiatis occurrit met. V, 282, IX, 699. XIII, 7. a. I, 7, 64. a. a. I, 343. 584. II, 211. P. I, 8, 59 II, 2, 39. med. 69. F. III, 699. (Tib. I, 2, 83. Prop. III, 4, 73). in interrogativis en. met. XIII, 169. her. VII, 125. IX, 146. 152. 158. 164. XIX, 234. P. III, 9, 19. tr. II, 442. Jb. 103. P. II, 2, 6. quod Dr. dubitare in affirmativis en. ante Curtium cum inf. positum esse negat, his Ovidianis locis redarguitur: a. I, 11, 5. III, 14, 36. her. IV, 13. a. a. II, 222. rem. 520. tr. I, 1, 95.
a. a. II, 222 i nunc et dubita ferre, quod ille tulit.

c.

oro. antiquissimum inf. exemplum Dr. p. 310. Plaut. mil. gl. 1405 laudat. Ov. secutus est met. VI, 413
oravere suos ire ad solacia regis.
rogo non solum ap. Catullum 35, 10. infinitivum excipit, ut Dr. p. 310 opinatur, sed etiam ap. Ov, her. VI, 144.
hiscere nempe tibi terra roganda fuit.
posco. v. Dr. p. 311. Kr. p. 26. Ovidius fortasse Plauti (Poen.

4, 2, 71) et auctoris Culicis 155 exemplo inf. posuit met. VIII, 707
esse sacerdotes
poscimus.

iubeo. v. Dr. p. 313. nudus inf. sequitur Tib. I, 6, 43. II, 3, 39 4, 53. Prop. III, 27, 11. IV, 14, 16. Ov. met. I, 85. II, 41, 465. III, 102. 701. V, 646. VII, 716. VIII, 639. XI, 350. XIII, 217. 419. XIV, 115. XV, 28. 543. her. XI, 96. XIX, 80. a, a. III, 719, rem. 411. tr. II, 468. IV, 4, 49. her IV, 10. VII, 139.

a. a. III, 719 credere quae iubeant, locus est et nomen et index.

veto omnibus temporibus cum nudo inf. positum esse Dr. p. 323 dicit. ap. Tibullum exstat I, 4, 23. (ap. Prop. deest) ap. Ov. met. II, 521. VIII, 688. X, 362. her. VII, 139. a. a. III, 235. 526. rem. 438. tr. II, 145. V, 12, 19. F. I, 295. III, 11. IV, 710. accusativus facile suppletur tr. V, 1, 70. F. VI, 164.

F. III, 11 quid enim vetat inde moveri?

impero (v. Dr. p. 314) Ovidius Terentii, Sallustii, Horatii, Vergilii exemplo cum inf. coniunxit met. II, 118. III, 4. F. III, 807. omnibus his locis infinitivus activi est.

praecipio (Ov. Dr. ibd.) Ovidius Ciceronem secutus cum inf. posuit. a. a. II, 273. 415. tr. II, 364. omnibus locis inf. activi occurrit.

a. a. II, 273 quid tibi praecipiam teneros quoque mittere versus? coniunctivus per coniunctionem „ut“ additus legitur met, IX, 654, her. XVI, 175.

d.

studeo, quo ex verbo saepe infinitivus pendet, ap. poetas Augusteos raro invenitur. ap. Horatium enim occurrit c. IV, 2, 1. ep. I, 3, 13. 19, 16. a. p. 412, ap. Verg. Tib. Prop. deest, ap. Ov. uno loco legitur a. II, 4, 6

heu quam, quae studeas ponere, ferre grave est!

curo, quod verbum a scriptoribus Cicerone antiquioribus raro, ab hoc ipso saepe cum inf. positum est (v. Dr. p. 320), apud omnes poetas Augusteos praeter Prop. exstat. Tib. I, 1, 57. Ov. met. XI, 370, 682. XII, 345. XIV, 668. a. II, 19, 7. omnia haec enuntiata negativa sunt. in affirmativo en. legitur P. III, 9, 32, in interrogativo a. III, 3, 33.

tento (v. Dr. p. 301 et quae Kr. p. 33. addidit) praeter Hor. omnes poetae Augustei cum inf. coniunxerunt, creberrime Ovidius: met. I, 684. II, 172. III, 302, 663. IV, 85. 554. V, 123. VI, 257. 376. VII, 176. 344. 788. IX, 168. 479. 501. XI, 181. 533. XII, 357. 425. XV, 501. a. III, 14, 4. her. XVII, 34. XIX, 113. 190. a. a. II, 37. tr. III, 13, 8. IV, 10, 26. V, 3, 45. Ib. 430. 607. P. II, 2, 55. IV, 15, 23. F. IV, 883. VI, 337.

retento, quod verbum ab Ovidio novatum est, cum inf. coniunctum est met. IX, 208

saepe retentantem totas refringere vestes
videres.

experior. comicorum, Lucilii, Lucretii exemplo (Kr. p. 32) Vergilius et Ovidius infinitivum addiderunt. met. VII, 175. her. XVI, 76. XVII. 194. tr. V, 7, 40. P. I, 8, 58.

laboro ap. Ovidium, qui Ciceronem et Horatium secutus est (Dr. p. 300), saepius inf. excipit. met. III, 565. XIII, 285. 809. a. II, 2, 11. her. XVII, 95. [XXI, 77] a. a. I, 35. P. I, 3, 89.

met. X, 413 scelus est, quod scire laboras.

molior, quod verbum Dr. p. 300 omnino bis infinitivo excipi dicit: Cic. Tim. 4. Valer. Flacc. III, 490, Ovidius quater exhibet: met. II, 582. XII, 249. XV, 804. a. a. I, 266.

met. II, 582 reicere ex umeris vestem molibar.

nitor. de huius verbi usu et compositorum Dr. p. 300 s. disseruit. ab Horatio, Vergilio (obnitor g. IV, 84), Propertio nitor cum inf. non coniunctum est; ap. Tib. IV, 1, 21. ap. Ov. saepe occurrit: met. II, 617. V, 349. VIII, 694. XI, 702. XIII, 333. her. VI, 85. Ib. 151. P. I, 3, 40. III, 5, 34. 57. F. II, 614.

met. VIII, 694. nituntur longo vestigia ponere clivo.

quaero. Ciceronem et Lucretium secuti (Dr. p. 301. Kr. p. 32) praeter Tib. omnes poetae Augustei inf. posuerunt, Prop. III, 6, 13. Ov. met. XI, 754. a. I. 8, 51. her. I, 9. XII, 175. a. a. I, 524. rem. 544. tr. III, 5, 45. V, 4, 7.

pugno. huic verbo Ovidius Lucretii exemplo (Dr. p. 301) unus de poetis Augusteis inf. addidit met. I, 685. II, 822. V, 349. VII, 773. IX, 79. 351. 543. XI, 703. a. I, 5. 14. her. XIII, 77. rem. 122. Ib. 18. P. III, 2, 86. F. II, 648. VI, 515.

met. I, 685. ille tamen pugnat molles evincere somnos.

repugno Ovidius primus cum inf. coniunxit her XVI, 137
sed amare repugno.

luctor. Dr. p. 301 notat Verg. A. II, 387 et addit „Ebenso bei Horaz, Ovid und anderen Dichtern.“ ap. Hor. equidem non repperi. Ovidiani loci sunt hi: met. V, 354. VI, 556. XII, 482. XV. 301. 519. her. XV, 235. XVI, 161.

P. I, 5, 13 ut tamen ipse vides, luctor deducere versum.

certo Ovidius Ennium, Ciceronem poetam, alios secutus (v. Dr. p. 309. Kr. p. 39) cum inf. posuit F. I, 213. met. V, 394. X, 58.

F. I, 213 quaerere, ut absumant, absumpta requirere certant.

aptissime hoc loco consequendi verbum mihi adiungi videtur, ex quo ap. Ovidium Ciceronem secutum inf. pendet P. I, 5, 65
hoc satis est, si consequor arvo
inter inhumanos esse poeta Getas.

memini. huius verbi cum inf. coniuncti Kr. p. 36. multa exempla, in his Plautina et Ciceroniana attulit, quam structuram omnes poetae Augustei receperunt. ap. Ovidium uno loco indicativus occurrit:
met. VII, 545 non aper irasci meminit.

ceteris locis imperativus invenitur in extremo versu positus: rem. 217. tr. I, 1, 49 ire memento. her. XIII, 67. vitare m. a. a. II, 201 flere m.

paro, quod verbum omnibus temporibus cum inf. compositum est,

omnes poetae Augustei usurpaverunt. Tib. I, 9, 23. III, 2, 20. IV, 1, 99. Prop. I, 15, 8. 20, 43. III, 28, 19. Ov. met. I, 184. 225. 249. II, 350. 432. III, 115. 633. IV, 479. 489. 588. V. 183. 459. VI, 353. VII, 132. VIII, 364. 685. IX, 120. 216. 401. X, 230. 496. 711. XI, 58. 123. 384. 413. XII, 143. 439. XIII, 468. XIV, 402. XV, 34. 808. a. a. I, 177. II, 17, 98. rem. 99. a. I, 1. 2. III, 14. 41. her. I, 100. III, 153. VII, 40. XIII, 69. 126. tr. I, 10, 47. IV, 2, 8. F. V, 39. 574. VI, 511, 521.

comparo ab Ovidio et Culicis auctore (204) cum inf. coniunctum est. tr. II, 267 si quis tamen urere tecta comparat s.

statuo. Dr, postquam p. 303 duos Ciceronis locos, qui primus inf. posuit, laudavit, hoc addit „und von da ab auch bei andern.“ ap. poetas Augusteos quidem haec structura rarissima est, infinitivus enim non exstat nisi Verg. g. III, 73. Ov. met. VII, 720. X, 132. XIII, 546.

destino. Caesar primus infinitivum exhibet (Dr. p. 303), quem de poetis Augusteis unus Ovidius secutus est. met. VIII, 157. X. 378. F. I, 621.

met. VIII, 157 destinat hunc Minos thalamis removere pudorem.

propono. Cicero „mihi propositum est“, auctor belli Gallici VIII, 40 „propositum habeo“ cum infinitivo coniunxit, quorum exemplo Ovidius scripsit

a. I, 8, 19 haec sibi proposuit thalamos temerare pudicos.

patior. Plauti, Ennii, aliorum exemplo (v. Kr. p. 29 s.) Ovidius inf. addidit met. XIV, 632. her. X, 33. a. I, 3, 3. III, 2, 57. a. a. II, 419. tr. I, 2, 41. P. I, 10, 4.

met. XIV, 632 nec sentire sitim patitur.

perpetior, perfero Ovidius primus, fero Propertium secutus cum inf. posuit.

met. XIV, 466 perpetiar memorare tamen.
her. V, 12 servo nubere nympha tuli.
her. VII, 168 dum tua sit Dido, quodlibet esse feret.

met. XIII, 460 Marcianus codex exhibet „vellem“, Hauniensis „ferrem“, quarum lectionum illam genuinam esse puto. si enim Ovidius scripsisset „haud ulli servire Polyxena ferrem“, sententia esset haec: quoniam servitutis condicio odio mihi est, si tu mihi parceres, ipsa manum mihi inferrem. neque vero hoc Polyxena animo intendit, sed, ut ex insequentibus versibus colligi potest, matris amore commota servitutem ferre et vivere invita voluit. quod autem Zingerle v. 461 uncis inclusit, recte fecit. haec enim verba „haud per tale sacrum numen placabitis ullum“ a superioribus, cum Polyxena mortem deprecari videatur, abhorrent. at H. Magno versum 460 quoque excludenti non assentior, quo remoto, qua de causa Polyxena ad mortem paratissima sit, non apparet.

a. a. II, 524 perfer et immundo ponere corpus humo.

sustineo. infinitivi structuram, qua Cicero Verr. II, 1, 10 primus usus est, Ovidius unus de poetis Augusteis recepit. in affirma-

tivis enuntiatis invenitur met. IV, 447. V, 609. VI, 563. XI, 322. XIII, 527. a. I, 7, 49. II, 9, 39. III, 11, 9. her. V, 32. tr. IV, 1, 88. 4, 14. 10, 74. F. II, 416. VI, 645. vix sustineo her V, 52. in negativis enuntiatis met. I, 530. VI, 367. 605. IX. 439. X, 47. XI, 584. XIII, 584. XIV, 731. tr. V, 12, 16. P. I, 5, 18. F. III, 605. IV. 849. quod igitur Dr. p. 321 dicit sustinendi verbum saepius in negativis quam in affirmativis enuntiatis cum inf. positum esse, in Ovidium non quadrat.
permitto. de usu v. Dr. p. 318. Kr. p. 61. hoc ex verbo primum apud Ciceronem inf. pendet, quem. Hor. Verg. Liv. Ov. secuti sunt. her. XIX, 143. tr. V, 1, 53. P. I, 7, 63. IV, 2, 4.
her. XIX, 143 quis tibi permisit nostras praecerpere messes?
remitto. Ov. Terentium, Sallustium, Horatium, secutus inf. posuit met. XI, 376

nec res dubitare remittit.

sino inf. excipit ap. Hor. c. II, 15, 18. ap. Verg. g. I, 268. A. VII, 268. XI, 103. 701. XII, 49. ap. Ov. met. IV, 410. VIII, 327. X, 20. XI, 566. XII, 293. XV, 775. her. IX, 123. XVI, 113. [XXI, 96] a. a. III, 492. tr. II, 305.
met IV, 409 nec qua perdiderint veterem ratione figuram,

scire sinunt tenebrae.

concedo, quod verbum Cic. primus cum inf. posuit, omnes poetae Augustei praeter Tib. et Prop. (Dr. p. 318) receperunt. ap. Ov. exstat a. II, 14, 43. III, 3, 11.
a. II, 14, 43. peccasse semel concedite tuto.

e.

Maxime memorabilis verbi dandi apud Ovidium usus est. in magno enim numero exemplorum do nunquam finalem infinitivum excipit. saepe vero verbi dandi sensus proxime ad permittendi notionem accedit.

met. I, 307 quaesitisque diu, ubi sistere detur?
met. I, 487 da mihi virginitate frui.
met. V, 619 cui saepe dedisti ferre tuos arcus.
met. VII, 691 si vivere nobis fata diu dederint.
met. VIII, 351 da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
met. XII, 595 quoniam concurrere cominus hosti
non datur.
met. XIV, 843 quae si modo posse videre
fata simul dederint.
tr. I, 9, 1 detur inoffensam vitae tibi tangere metam.
tr. III, 1, 23 di tibi dent
molliter in patria vivere posse tua.
tr. V, 8, 30 plura rogare dabit.
P. I, 8, 21 at tibi . . . detur
semper honorata sceptra tenere manu.
F. II, 213 vincere aperte non datur.

sed dandi verbum proprio quoque sensu infinitivum quasi substan-

tivi loco positum obiecti instar excipit. qui Ovidii usus apparet met. VI, 443, ubi Progne sororis videndae desiderio commota a Tereo, ut eam arcessat, petit. tum dicere pergit: magni mihi muneris instar germanam vidisse dabis, h. e. germanam vidisse magni muneris instar mihi erit, quod ut mihi des, te oro.

met. III, 336 at pater omnipotens (Tiresiae) pro lumine adempto
scire futura dedit poenamque levavit honore.

hoc loco „scire futura“ idem valet quod „scientiam futura videndi.“

a. a. II, 28 da mihi posse mori.

tr. I, 1, 34 det mihi posse mori.

met. XI, 177 dat posse moveri.

met. XII, 556 cui posse figuras
sumere, quas vellet, rursusque reponere sumptas
Neptunus dederat.

omnibus his locis „posse“ nihil aliud ac „potestas“ valet.

tr. II, 517 an genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum
quodque licet mimis scena licere dedit?

i. e. an scena mimorum scriptoribus licentiam (obscenas fabulas scribendi), qua reapse utuntur, dedit?

quem usum Ovidius a Tibullo recepit, qui scripsit

I, 8, 56 ipse dedit cupidis fallere posse deus.

III, 4, 48 eventura pater posse videre dedit.

cui loco simillimus est ille Ovidianus met. III, 336.

eodem modo Ovidius similibus et contrariis verbis usus est.

praebeo. ex hoc verbo ap. Ovidium unum pendet, infinitivus.

her. V, 132 quae totiens rapta est, praebuit ipsa rapi.

tribuo.

tr. III, 5, 21 di tibi posse tuos tribuant defendere semper.

relinquo.

met. XIV, 100 posse queri tantum rauco stridore reliquit.

adimo.

P. I, 7, 47 nec vitam nec opes nec ademit posse reverti.

f.

incipio. infinitivi structuram, quae ap. Ennium et Ciceronem occurrit (Dr. p. 333), omnes poetae Augustei receperunt. ap. Tib. invenitur IV, 1, 136, ap. Prop. I, 13, 8. III, 7, 33. 12, 19. 24, 4. 32, 43. IV, 3, 15. 21, 26. V, 1, 120. ap. Ov. met. VI, 255. VIII, 475. XV, 256. a. II, 16, 48. 19, 38. 40. 47. her. VII, 81. rem. 82. 710. tr. I, 2, 107. III, 12, 31. P. I, 6, 51. F. IV, 169.

ordior Ciceronis exemplo Vergilius et Ovidius cum inf. coniunxerunt. v. Dr. p. 333. Kr. p. 38. Ov. met. IV, 167. 320. VI, 28. her. XII, 72. F. III, 206. IV, 222.

met IV, 320 tunc sic orsa loqui.

pergo Terentium, Ciceronem secuti Horatius, Vergilius, Ovidius cum inf. posuerunt. Ov. her. II, 134. rem. 214. Hal. 53.

desino, quo ex verbo omnibus temporibus inf. pendet, apud omnes poetas Augusteos occurrit. atque imperativus quidem legitur Tib.

I, 8, 7. III, 4, 4. 4, 80. Prop. I, 5, 31. 15, 25. III, 32, 41. V, 7, 78. 11, 1. Ov. met. V, 309. X, 412. XIII, 350. a. I, 4, 7, 10, 64. II, 2, 9. III, 4. 11. 11, 32. her. XVI, 111. [XXI, 202] rem. 531. tr. IV, 3, 13. P. I, 6, 24. III, 6, 43. IV, 16, 48, F. II, 453. aliae formae occurrunt Tib. I, 8, 77. Prop. IV, 14, 32. Ov. met. I, 616. VIII, 263. IX, 392. X, 211. XIII, 898. XV, 257. her. X, 46. a. a. II, 654. rem. 658. 752. tr. I, 4, 21. V, 3, 18. Ib. 31. P. II, 3, 38.

cesso idem significans quod desino Plauti, Ciceronis exemplo praeter Tibullum omnes poetae Augustei cum inf. posuerunt. Prop, I, 12, 1. Ov. her. IV, 92. a. a. I, 451. P. IV, 2, 5. 14, 17. tr. V, 9, 9.
her. IV, 92 arcus, . . .
si nunquam cesses tendere, mollis erit.

mitto. infinitivi structura Ovidio et Horatio cum comicis et Cicerone communis est v. Dr. p. 324. Ov. met. III, 614
pro nobis mitte precari.

vito Ovidius Lucretii et Horatii exemplo cum inf. posuit. v. Kr. p. 106.
F. II, 591 invidet ipsa sibi vitatque, quod expedit illi,
vestra soror summo jungere membra deo.

absisto (v. Dr. p. 325 Kr. p. 40) a Vergilio, auctore Ciris, Livio, Ovidio cum inf. conjunctum est.
met. XII, 534 nec prius abstitimus ferro exercere dolorem s.

desisto, quo ex verbo ap. Plautum et Ciceronem inf. pendet, praeter Vergilium omnes poetae Augustei usurpaverunt. Hor. ep. XI, 5. Tib. I, 8, 67. Prop. I, 8, 30. Ov. met. VI, 307. a. I, 14, 1. P. I, 5, 3.
met. VI, 307 venae desistunt posse moveri.

obliviscor. infinitivi structuram Ovidius unus de poetis Augusteis a Naevio et Cicerone recepit. met. II, 439. IV, 677. XV, 453.
met. II, 439. paene est oblita pharetram
tollere.

g.

festino (Dr. p. 308. Kr. 33) Ovidius Ciceronem, Sallustium, Horatium, Vergilium secutus cum inf. posuit. Hor. ep. I, 2, 12. 38. Ov. F. V, 546. cedere festinant.

propero. (Dr. ibid.) infinitivi structura comicis, Ciceroni, Caesari usitata ap. omnes poetas Augusteos occurrit. Tib. IV, I, 160. Prop. I, 5, 4. 21, 1. III, 17, 19. Ov. met. IV, 317. VII, 250. X, 183. XI, 486. rem. 115. 245. F. I, 507. VI, 763.

appropero cum inf. conjunctum non exstat nisi ap. Ovidium.
met. XV, 583. tu modo rumpe moras portasque intrare patentes
appropera.

persto. (Dr. q. 305) huic verbo Ovidius Ciceronem secutus inf. addidit met. VI, 361. XIII, 77. P. I, 5, 34.

teneo idem valens quod „persto“ Ovidius unus cum inf. iunxit.
rem. 787 modo velle tene.

h.

disco Plauti, Ciceronis, Sallustii exemplo (Dr. p. 334) omnes poetae Augustei saepe cum inf. posuerunt. Tib. I, 6, 11. III, 4, 62. 6, 44. IV, 1, 170. Prop. I, 10, 13. III, 19, 8. 27, 22. IV, 10, 6. 8. 25, 18. V, 11, 93. Ov. met. III, 358. a. I, 8, 83. III, 1, 49. 8, 25. her. X, 98. XVI, 90, 97. a. a. III, 281, 291, 296, 315, 327. rem. 43. 71. 336. tr. III, 7, 30. V, 12, 58. P. I, 2, 87. 5, 49. III, 2, 40. 3, 53. 8, 9. F. III, 817. V, 668.

addisco, edisco ap. Ovidium primum cum inf. coniuncta leguntur.
met. III, 593. addidici regimen dextra moderante carinae
flectere.
her. VII, 180. fortiter edisco tristia posse pati.

dedisco Ovidius Ciceronis exemplum secutus cum inf. coniunxit. v. Dr. p. 374. tr. III, 14, 46. V, 5, 6. rem. 211. 297.
tr. III, 14, 46. verba mihi desunt dedidici que loqui.

doceo. huic verbo Ciceronis exemplo omnes poetae Augustei inf. addiderunt. Tib. I, 2, 19. 4, 17. 59. 7, 33. 37. II, 1, 39. III, 4, 65. Prop. I, 1, 5. II, 6, 21. Ov. a. III, 10, 11. a. a. III, 670. tr. I, 1, 112. 6, 26. II, 365, 449. III, 1, 4. F. IV, 98. doceor. her. II, 51. a. a. I, 472.

edoceo Ov. Sall. Cat. X, 4 secutus infinitivum usurpavit.
met. XV, 559. edocuit gentem casus aperire futuros.
eadem structura legitur ap. Liv. 37, 25.

perdoceo, instituo ap. Ovidium primum inf. excipiunt.
P. IV, 12, 27. dignam Maeoniis Phaeacida condere chartis
cum te Pierides perdocuere tuae.
a. II, 14, 5. quae prima instituit convellere foetus.

monstro, quo ex verbo ap. Lucretium, Vergilium, Horatium (Kr. p. 60 s) inf. pendet, ap. Ov. occurrit:
a. a. II, 65. monstratque moveri.
F. III, 759. limumque inducere monstrat.

i.

assuesco. Plauti et Ciceronis exemplo (v. Kr. p. 41) omnes poetae Augustei inf. posuerunt praeter Propertium. Ov. met. VIII, 334. XI, 315. tr. II, 504. P. III, 1, 91. 7, 17. F. III, 498.

consuesco inde a Plauti temporibus saepe cum inf. coniunctum esse Dr. p. 336 dicit. ap. Hor. et Verg. deest. ap. Tib. exstat I, 5, 25. ap. Prop. I, 18, 25. ap. Ov. met. VIII, 658. [her. XXI, 130]. a. a. III, 493. tr. V, 11, 4.

l.

paciscor. ex hoc verbo ap. Liv. et Ov. inf. pendet. v. Dr. p. 308.
met. IX, 425 (Venus) Anchisae renovare paciscitur annos.
F. V, 701. bella parant repetuntque suas et frater et Idas
Leucippo fieri pactus uterque gener.

m.

mereo. Ovidius Propertii exemplo, qui II, 5, 3 scripsit „haec merui sperare“, mereo et mereor cum inf. posuit: met. I, 243. IV, 319.

VIII, 127. IX, 563. XIII, 314. a. III, 3, 37. her. III, 41. XIX, 95. rem. 62. tr. V, 10, 49. 11, 16. P. III, 2, 20. 6, 28. IV, 9, 89.

met. IV, 319. meruit formosa videri.

met. IX, 563. neve merere meo subscribi causa sepulchro.

emereo ante Ovidium inf. non excipit. a. a. III, 409. F. IV, 58.

a. a. III, 409. Ennius emeruit Calabris in montibus ortus
contiguus poni, Scipio magne, tibi.

n.

vaco. cum verbum impersonale „vacat" iam ante Ovidium cum inf. positum sit, verbum personale ap. Ovidium primum ita constructum occurrit.

met. X, 387. tum denique flere vacavit,
tum dare complexus laqueique requirere causam.

met. XII, 345. nec ulterius dare corpus inutile leto
aut vacat aut curat.

o.

gaudeo. infinitivi structuram, quae ap. Terentium primum occurrit, cum alii, tum poetae Augustei praeter Tibullum receperunt, v. Dr. p. 333. Kr. p. 41 s. Pan. Mess. 115. Ov. met. II, 151. IV, 294. VIII, 75. IX, 138. XV, 851. her. XV, 202. a. a. I, 295, 345. rem. 373. P. IV, 9, 20.

a. a. I, 345. quae dant quaeque negant, gaudent tamen esse ro- [gatae.

doleo. Ovidius Horatium secutus inf. posuit

tr. III, 12, 49. quae non vidisse dolebo.

P. I, 3, 67. non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus.

p.

De verborum, quae sequuntur, structura v. Dr. p. 311 s. Kr. p. 565 s.

suadeo Ovidius Ciceronis et Vergilii exemplo cum inf. coniunxit met. X, 688. XV, 650. her. XII, 155. tr. II, 314. IV, 10, 39. V, 12, 43. cf. met. XIII, 316. F. V, 703.

hortor. antiquissimum infinitivi exemplum a Draegero Ciceronianum laudatur, sed hanc structuram iam prius in usu fuisse inde apparet, quod ap. Gellium 13, 24, 15 Catonis locus, quo „dehortor" inf. excipit, legitur. inf. ap. Horatium, Vergilium, Ovidium occurrit. met. VIII, 215. hortaturque sequi. uno loco coniunctivus per coniunctionem „ut" annexus sequitur: rem. 441.

moneo, admoneo. Ciceronem, qui primus inf. posuit, cum alii, tum Horatius, Vergilius, Ovidius secuti sunt. met. VI, 150. VII, 256. Hal. 52. F. IV, 131. V, 353.

impello, quo ex verbo ap. Horatium et Vergilium inf. pendet, eodem modo ab Ovidio positum est.

a. II, 12, 21. femina Troianos iterum nova bella movere
impulit.

uno loco coniunctivus per coniunctionem „ut" annectitur: P. II, 3, 77.

sollicito Ovidius Lucretium secutus cum inf. coniunxit.

a. III, 9, 36. sollicitor nullos esse putare deos.

adigo. infinitivum Vergilius et Ovidius addiderunt.

a. III, 6, 29. quid, non Alpheon diversis currere terris
virginis Arcadiae certus adegit amor?

compello, irrito, concito, festino, fero ap. Ovidium primum inf. excipiunt.

F. III, 860. compulerunt regem iussa nefanda pati.

a. II, 14, 33. dicite, quis Tereus, quis vos irritet Iaso
figere sollicita corpora vestra manu?

met. XIII, 225. quae vos dementia, dixi,
concitat, o socii, captam dimittere Troiam?

tr. I, 3, 51. quid urges?
vel quo festines ire, vel unde, vide!

festino hoc loco causativo sensu usurpatum est.

met. I, 1. in nova fert animus mutatas dicere formas
corpora.

a. a. III, 467. fert animus propius accedere.

mitto. Ovidius Plautum, Terentium, alios secutus inf. posuit. v. Dr. p. 351. Kr. p. 112.

her. I, 37. te quaerere misso.

VI. De accusativo cum infinitivo, qui obiecti loco ex verbis pendet.

Verborum, quibus accusativus cum infinitivo obiecti loco additus est, sex genera mihi videntur distinguenda esse:

a. verba sentiendi.
   1. verba, quae sensibus aliquid percipi exprimunt.
   2. verba, quae animo aliquid percipi significant.
b. verba cogitandi.
c. verba affectuum.
d. verba dicendi et contraria.
e. verba voluntatis et similia.
f. verba efficiendi.

a.

1.

cerno. Kr. p. 42 s. multis exemplis allatis ex verbo cernendi ap. Ciceronem et alios acc. cum inf. pendere demonstravit, quam structuram Vergilius, Propertius, Ovidius receperunt. Prop. IV, 3, 20. Ov. met. IV, 376, 535. XII, 130. XV, 186, 420. tr. III, 11, 6. IV, 2, 54. P. IV, 4, 27. 6, 39. 9, 46. F. III, 116. cum participio coniunctum invenitur met. II, 787. IV, 220. XII, 600.

conspicio Ovidius Lucretii, Catulli, Caesaris exemplo (Dr. p. 363) cum acc. et inf. coniunxit met. VIII, 715. XIV, 178. a. III, 14, 34.

aspicio. acc. cum inf. structuram, quae iam ap. comicos et Ennium

occurrit (Kr. p. 43), Vergilius et Ovidius receperunt. Ov. met. V, 671. VII, 577, 673. XI, 80. XIV, 60. XV, 200. 554. tr. III, 1, 55. P. IV, 7, 11. F. II, 154. cum participio coniunctum legitur met. II, 228, 714. IV, 420. VII, 625. IX, 211. XII, 529.

prospicio Ovidius Vergilium (Kr. p. 43) secutus cum acc. et inf. posuit met. VIII, 697.

respicio, specto Ovidius unus cum acc. et inf. coniunxit.

F. VI, 367. at si respicerent, qua vos habitatis in arce, totque domos vestras obsidione premi, s. participium legitur met. VII, 389.

met. I, 497. spectat inornatos collo pendere capillos.

met. XV, 229.

participium ex verbo spectandi pendet met. XI, 470. a. a. III, 759.

noto idem significans quod specto ap. Ov. unum cum acc. et inf. positum occurrit. her. II, 11. XVI, 81. XV, 227. F. II, 78.

her. II, 11. saepe notavi
alba procellosos vela referre notos.

invenio. acc. c. inf. structura comicis aliisque usitata (Kr. p. 43) ap. Vergilium et Ovidium reperitur. rem. 353. F. II, 740.

rem. 353. pyxidas invenies et rerum mille colores
et fluere in tepidos oesypa lapsa sinus.

memorabile est ex verbis videndi, inprimis ex verbo aspiciendi ap. Ovidium interrogativum enuntiatum, quod a coniunctione „ut“ incipit, pendere.

aspice, ut: a. I, 6, 18. II, 7, 15. III, 9, 9. her. VII, 42. a. a. I, 315. II, 433. rem. 175. tr. V, 5, 29. aspicis, ut: rem. 235. tr. I, 9, 7. III, 4, 11. V, 14, 35. cernis, ut: tr. V, 14, 37. P. I, 4, 11. 5, 5. F. I, 75. vides, ut: P. IV, 7, 9.

2.

nosco. Ovidius Cornificii, Lucretii, Propertii exemplo cum acc. et inf. coniunxit. v. Kr. p. 43.

tr. III, 9, 12. hospes, ait, nosco Colchide vela sequi.

novi. Ovidius Varronem secutus scripsit:

P. IV, 13, 11. prodent auctorem vires, quas Hercule dignas
novimus atque illi, quem canis, esse pares.

cerno. met. XV, 444 Helenus vaticinatur:
urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes.

met. XV, 776 Venus, cum Caesari caedem parari provideat, ad deos dicit: „in me acui sceleratos cernitis enses.“

disco. acc. cum inf. structuram Ov. a Cicerone et Caesare recepit: P. II, 1, 21. F. VI, 296, 639.

P. II, 1, 21. indice te didici nuper visenda coisse
innumeras gentes ad ducis ora sui.

agnosco. Ovidius unus ex poetis Augusteis Ciceronem secutus tr. IV, 5, 31 scripsit:
illum
moribus agnoscat quilibet esse tuum.

invenio idem valens quod cognosco acc. cum inf. excipit met. II, 552. her. XVI, 235. XIX, 11. 220. tr. V, 8, 32.

exploro. Ciceronis exemplo Ovidius „exploratum est“ cum acc. et inf. posuit met. V, 362.

postquam exploratum satis est loca nulla labare.

b.

memini. acc. cum inf. structuram, quae apud classicos scriptores saepe occurrit, Vergilius et Ovidius usurpaverunt. et inf. praesentis quidem ab Ovidio, quamquam de praeterita re agitur, met. XII, 453. F. VI, 237 positus est.

F. VI, 237. tunc ego me memini ludos in gramine Campi
aspicere.

inf. praesentis idem tempus ac verbum, a quo recipitur, significat tr. I, 1, 73.

res praeteritae duobus infinitivis, quorum alter praesentis, alter perfecti est, exprimuntur a, III, 7, 25:

exigere a nobis angusta nocte Corinnam
me memini numeros sustinuisse novem.

inf. perf. exstat: met. XIII, 616. XIV, 724. a. III, 1, 55. her. VI, 64. tr. V, 4, 35 (perf. log.). P. I, 2, 135. II, 3, 100. F. I, 235 a. a. II, 169.

uno loco memento idem valet quod „scito“: tr. III, 11, 29.

me quoque, quem noras olim, non esse memento.

reminiscor. Ovidius Lucretii exemplo uno loco acc. cum inf. posuit. v. Dr. p. 366.

met. I, 256. esse quoque in fatis reminiscitur adfore tempus s.

recordor Ovidius Ciceronem et Caesarem secutus cum acc. et inf. posuit. inf. praes. met. XIII, 705, inf. perf. a. II, 5, 3. III, 3, 13. tr. V, 7, 31. P. II, 4, 9 occurrit.

refero idem valens quod „recordor“ nusquam nisi ap. Ovidium cum acc. et inf. positum repperi.

tr. V, 4, 39. verba solet vultumque tuum gemitusque referre
et te flente suos demaduisse sinus.

obliviscor. acc. cum inf. structuram, quam Cic. usurpavit, Ovidius recepit met. XIV, 186. her. XVI, 218.

her. XVI, 218. dices
oblitus nostro crimen inesse tuum.

fingo, sc. animo, Ovidius Ciceronis exemplo cum acc. et inf. coniunxit. indicativus legitur met. XIV, 213. her. I, 13. P. I, 9, 8. IV, 9, 44, imperativus met. II, 74. VI, 197. VIII, 114. IX, 506. her. IV, 176. X, 63. XV, 351. tr. III, 7, 40. V, 6, 25. P. I, 5, 77.

P. I, 9, 8. (amicum) extinctum vivere fingit amor.

her. V, 63. finge dari comitesque mihi ventosque ratemque.

(animo) concipio Cicero primus de off. III, 29, 107 cum acc. et inf. posuit, quem Ovidius secutus est. P. II, 2, 9. III, 7, 29.

met. II, 78. forsitan et lucos illic urbesque deorum
concipias animo delubraque ditia donis
esse.

auguror idem valens quod „suspicor“ ab Ovidio primo cum acc. et inf. coniunctum videtur. ap. poetas Augusteos certe non invenitur. met. III, 519. X, 27. her. II, 126. tr. II, 569. P. III, 1, 133. 4, 80. IV, 9, 133. F. IV, 62.

tr. II, 569. non igitur nostris ullum gaudere Quiritem
auguror, at multos indoluisse malis.

spero ap. Ovidium praeter opinionem raro cum acc. et inf. coniunctum occurrit. et inf. futuri quidem circumscriptus ex eo pendet:

a. II, 19, 49. speravi saepe futurum,
cum bene servasses, ut bene verba darem.

inf. fore legitur: her. XVI, 213. tr. V, 4, 17, posse: her. VII, 3. XV, 306. P. I, 3, 44. III, 3, 92. IV, 8, 21. infinitivus praesentis invenitur met. I, 535. VII, 832. a. I, 5, 8. her. XVI, 192. tr. IV, 7, 8, quibus locis sperandi et infinitivi actiones eiusdem temporis sunt. aliter res se habet:

tr. IV, 8, 13 haec mea sic quondam peragi speraverat aetas.

h. e. eo tempore, quo iuvenis eram, fore, ut sic senectus ageretur, speraveram. sed hanc structuram ne Ciceroni quidem inusitatam esse Dr. p. 369 multis comprobavit exemplis.

confido, diffido. accusativi cum inf. structuram cum ab aliis, tum a Cicerone usurpatam Ovidius unus de poetis Augusteis recepit. illud enim v. legitur met. IX, 256. tr. III, 3, 79. hoc tr. V, 13, 31.

despero, cui verbo a Cicerone primo acc. cum inf. additus est, eodem modo positum occurrit ap. Horatium, Livium, Ovidium.

tr. V, 12, 29. me quoque despera, fuerim cum parvus et ante,
illi, qui fueram, posse videre parem.

c.

gaudeo (v. Dr. p. 372) Plauti, Ciceronis, Caesaris exemplo Vergilius, Propertius (II, 7, 1. IV, 5, 23) Ovidius cum acc. et inf. coniunxerunt. met. II, 430. IV, 748. VIII, 863. a. a. II, 719. tr. II, 50. IV, 5, 17. P. I, 1, 55. 2, 91. F. III, 492. IV, 900. met. XI, 546.

laetor. (Dr. p. 372) accusativi cum inf. structuram Terentio et Ciceroni usitatam Vergilius, Propertius, Ovidius receperunt. Prop. III, 32, 26. Ov. met. VIII, 44. XV, 451. P. II, 11, 16.

gratulor idem significans quod laetor Dr. non commemorat. ap. Ovidium exstat her. IX, 1. a. a. III, 121.

her. IX, 1. gratulor Oechaliam titulis accedere nostris.

doleo Plautum, Ciceronem, alios secuti omnes poetae Augustei praeter Vergilium cum acc. et inf. posuerunt. Hor. sat. I, 2, 112. Tib. II, 3, 23. Prop. III, 1, 14. Ov. met. II, 352. III, 260. VIII, 44. a. a. II, 125. tr. V, 4, 32. P. I, 7, 70. IV, 6, 49. F. V, 231. VI, 757.

maereo Ovidius Varronem (l. l. 7, 95), Ciceronem (Sest. 11, 25) secutus cum acc. et inf. coniunxit met. V, 426.

indolesco ap. Ovidium primum acc. cum inf. excipit met. II, 788. IX, 261.

met. IX, 259. coniunx quoque regia visa est
cetera non duro, duro tamen ultima vultu
dicta tulisse Iovis seque indoluisse notatam.

suspiro Ovidius Lucretii (II, 1165) exemplo cum acc. et inf. posuit.

tr. I, 1, 27. invenies aliquem, qui me suspiret ademptum.

gemo. acc. et inf. structura ap. Hor. ep. I, 15, 7. 20, 4. et ap. Ov. occurrit.

met. III, 94. (arbor) imae
parte flagellari gemuit sua robora caudae.

fleo. huic verbo Ovidius omnes poetas Augusteos secutus acc. cum inf. addidit rem. 778. a. I, 7, 16. her. I, 18. v. Kr. p. 44 s.

aegre fero accusativi cum inf. structuram Ovidius a Cicerone recepit.

met. XII, 533 oppressumque aegre tulimus tot ab hostibus unum.

indignor (Dr. p. 373. Kr. 44) a Cicerone, Caesare, aliis cum acc. et inf. positum Horatius, Vergilius, Ovidius usurpaverunt. Ov. met. XI, 787. met. XIV, 391.

met. XIV, 391. seque novam subito Latiis accedere silvis
indignatus avem.

invideo (Dr. p. 374) Plautus, Caelius (ap. Cic. fam. 8, 4, 1.) Horatius cum acc. et inf. posuerunt, quos Ovidius secutus est.

met. IV, 156. quos hora novissima iunxit,
componi tumulo non invideatis eodem.

miror. accusativi cum inf. structuram Plauto et Ciceroni usitatam (Dr. p. 374) omnes poetae Augustei praeter Tibullum receperunt. Prop. I, 14, 3. Ov. met. I, 603. VI, 269. VII, 370. 538. XII, 87. XIV, 162. 389. XV, 410. her. XVI, 171. tr. I, 11, 9. II, 237. III, 14, 31.

admiror, quod verbum ap. Ciceronem primum (v. Dr. ibd.) acc. cum inf. excipit, Ovidius unus de poetis Augusteis recepit. met. XIII, 307. P. II, 3, 21.

met. II, 208. interiusque suis fraternos currere Luna
admiratur equos.

attonitus sum cum acc. et inf. coniunctum non exstat nisi ap. Ov. met. VII, 426.

attonitus tamen est ingens discrimine parvo
committi potuisse nefas.

d.

Verba dicendi, quae vulgaria sunt, omitto, nisi quod eos locos commemoro, quibus perferendi et referendi verba „rumoris" et „famae" substantivorum praedicata sunt.

fama refert: P. III, 2, 51. IV, 3, 28. tr. V, 12, 12. rumor perfert: P. II, 1, 49.

memini idem valens quod „commemoro" primum ap. Ovidium acc. cum inf. excipit.

tr. II, 452. (Tibullus) meminit se tetigisse manum.
edo Ovidius Lucretii (II, 612), Ciceronis (de off. II, 22) exemplo cum accusativo et inf. posuit met. IX, 225. XI, 362.
met. XI, 361. hos navita ponti
edidit esse deos.
notum facio, taceo, extenuo Ovidius primus cum acc. et inf. coniunxit.
met. XII, 64. fecerat haec notum Graias cum milite forti
adventare rates.
F. I, 583. nec tacet Euandri mater prope tempus adesse,
Hercule quo tellus sit satis usa suo.
met. XII, 27.
met. V, 320. extenuat magnorum facta deorum:
emissum ima de sede Typhoëa terrae
caelitibus fecisse metum.
infitior. accusativi cum inf. structura Ovidio cum Livio communis est.
P. I, 3, 87. nec tamen infitior, si possint nostra coire
vulnera, praeceptis posse coire tuis.
vaticinor. Ovidius Ciceronem secutus (am. 7, 24) acc. cum inf. addidit met. IV, 8 VIII, 773. her. XV, 278. tr. II, 426.
cano. accusativi cum inf. structuram Ovidius a Cicerone et Propertio recepit: met. X, 154. her. XVIII, 137.
describo, circumfero. ex his verbis ap. Ovidium primum acc. cum inf. pendet.
a. II, 17, 29 novi aliquam, quae se circumferat esse Corinnam.
i. e. quae omnibus locis narret.
tr. II, 415. descripsit corrumpi semina matrum.
moneo, admoneo a poetis Augusteis raro cum acc. et inf. coniuncta sunt. illud enim exstat Hor. c. III, 7, 20. Verg. A. XI, 47. Ov. met. XV, 794, hoc Verg. A. VI, 293. XI, 233. Ov. met. VII, 295. X, 236. praemoneo non invenitur nisi her. XVI, 240.
Ilion arsurum praemonuisse ferunt.
indico. de huius verbi structura neque ap. Draegerum neque in lexicis quicquam repperi. occurrit autem cum acc. et inf. coniunctum Hor. c. I, 5, 14. Ov. met. XI, 405. XV, 597. P. IV, 14, 48. F. V, 604. tr. III, 1, 48.
causor. huic verbo Ovidius Tibullum (I, 3, 17) et Livium (5, 15. 36, 11) secutus acc. cum inf. addidit a. a. I, 427
si non esse domi, quos des, causabere nummos,
littera poscetur.
excuso Ovidius Plauti exemplo unus de poetis Augusteis cum acc. et inf. posuit.
met. XIV, 462. vires Aetolius heros
excusat; nec se aut soceri committere pugnae
velle sui populos.
doceo Ciceronis, Caesaris exemplo omnes poetae Augustei praeter Vergilium cum acc. et inf. coniunxerunt. Tib. I, 3, 27. Prop. IV, 7,

22. Ov. met. VII, 857. XV, 172. tr. III, 5, 30. P. II, 6, 6. IV, 13, 25.
monstro. Ovidius unus acc. cum inf. addidit.

a. a. I, 649. monstratque piari
hospitis adfuso sanguine posse Jovem.

probo idem significans quod „laudo“, carpo idem quod „vitupero“ ap. Ovidium primum cum acc. et inf. posita inveniuntur, illud a. I, 1, 9. a. a. III, 215, hoc P. III, 9, 2.

a. I, 1, 9. quis probet in silvis Cererem regnare iugosis?

P. III, 9, 2. carmina nescio quem carpere nostra refers:
nil nisi me terra fruar ut propiore rogare.

hunc usum verbi probandi Dr. p. 376 non commemorat, duos locos, hunc Ciceronis, alterum Caesaris laudat, quibus probare idem valet quod „credibile reddere“. hoc quidem sensu Ovidius „probare“ usurpavit P. II, 11, 18. III, 1, 125. F, V, 560.

glorior (Dr. p. 376), quod verbum ap. Terentium et classicos scriptores saepe acc. cum inf. excipit, de poetis Augusteis nemo nisi Horatius et Ovidius posuit. Hor, ep. XI, 23 (omisso se), Ov. P. I, 5, 63.

mentior. accusativi cum inf. structuram, quae ap. Vergilium primum legitur (ementior iam ap. Cic.), Livius et Ovidius receperunt. v. Dr. p. 376. Kr. p. 47. Ov, met. I, 615. a. a. I, 25. tr. I, 3, 53.

met. I, 615. Iuppiter e terra genitam mentitur (sc. bovem).

met. V, 187. at Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
ementitus erat, s.

fingo idem valens quod „mentior“ Ovidius primus cum acc. et inf. coniunxit.

met. XIII, 59. quem (Palamedem) prodere rem Danaam finxit (Ulixes).

simulo, dissimulo, quae verba omnibus temporibus accusativum cum inf. exceperunt, quamquam ap. Ovidium frequentissima sunt, singulis locis cum acc. et inf. posita exstant: rem 501. tr. I, 7, 5.

paciscor accusativo cum inf. iunctum non comparet nisi ap. Ovidium.

F. I, 146. Difficilem mihi se non fore pactus erat.

arguo (v. Dr. p. 368 s), quo ex verbo inde a Plauti temporibus acc. cum inf. pendet, Ovidius unus de poetis Augusteis usurpavit: met. V, 246, XIII, 297. XV, 504. a. II, 7, 6. idem quod „coarguo“ valet P. IV, 6, 50, idem quod „opprobrio facio“ met. XV, 72.

convinco, culpo. accusativi cum inf. structuram non repperi nisi ap. Ovidium.

a. I, 12, 15. illum etiam, qui vos ex arbore vertit in usum,
convincam puras non habuisse manus.

a. II, 14, 29. Colchida respersam puerorum sanguine culpant.

obicio, testor Ovidius Ciceronis exemplum secutus unus de poetis Augusteis cum acc. et inf. coniunxit.

a. I, 15, 1. quid mihi, Livor edax, ignavos obicis annos?
non me more patrum dum strenua sustinet aetas,
praemia militiae pulverulenta sequi?

testor. met. II, 304. V, 44. VI, 608. her. XIX, 239.

e.

Volo, nolo, malo. ex his verbis nudus infinitivus pendet, si subiectum idem est quod infinitivi, accusativus cum inf. si subiecta variant. qua a norma his locis Ovidius concinnitatis causa recedit

met. VIII, 25. elige fictum
esse Iovem malis, an te per dedecus ortum.

med, 11. forsitan antiquae Tatio sub rege Sabinae
maluerant quam se rura paterna coli.

praeterea Ovidius, quamquam subiecta congruunt, acc. c. inf. scripsit

a. a. I, 666. vinci se tamen illa volet.

faveo. accusativi cum inf. structura Ovidii propria est.

her. VI, 99. adscribi factis procerumque tuisque
se favet.

opto (v. Dr. p. 381, Kr. 47), cui verbo Ennius, Terentius, Cicero acc. cum inf. addiderunt, eodem modo positum occurrit ap. Vergilium, auctorem Ciris, Ovidium. her. XIX, 11.

her. XIII, 1. mittit et optat amans, quo mittitur, ire satutem.

P. III, 1, 37. quis enim mihi tam sit iniquus,
optet ut exilium pace carere meum?

statuo, constituo. de acc. cum inf. structura Dr. p. 385 egit. apud Ovidium acc. c. inf. invenitur F. I, 33 her. IV, 133. F. I, 27.

F. I, 33. quo satis est, utero matris dum prodeat infans,
hoc anno statuit temporis esse satis.

her. IV, 133 Iuppiter esse pium statuit, quodcunque iuvaret.

F. I, 27. tempora digereret cum conditor urbis, in anno
constituit menses quinque bis esse suo.

rogo Ovidius primus cum acc. et inf. posuit.

met. XIV, 138 tot mihi natales contingere vana rogavi.

a. a. I, 433 multa rogant utenda dari.

precor. accusativi cum inf. structura Ovidio cum Tibullo communis est. Tib. II, 5, 3.

her. XVIII. 82. nunquam placidas esse precarer aquas.

P. I, 10, 19. delicias illi precor has contingere.

impero. v. Dr. p. 387 s. Kr. p. 49. accusativi cum inf. activi structura ap. Caesarem primum, passivi ap. Ciceronem occurrit. inf. activi ap. Ovidium met. XIV, 830 legitur, passivi met. VIII, 460. F. VI, 686.

met. XIV, 830. Iuno
Irin ad Hersiliam descendere limite curvo
imperat.

postulo (Dr. p. 389) omnibus temporibus acc. cum inf. excepit, quam structuram Ovidius unus de poetis Augusteis usurpavit. a. a. I, 323. rem 698 tr. V, 4, 8 omnibus his locis inf. passivi legitur.

posco (v. Kr. p. 48) Ovidius Horatii et Vergilii exemplo cum acc. et inf. posuit.

met. XIII, 219 non sinet hoc Aiax delendaque Pergama poscat.

veto. eos tantum locos affero, quibus vetandi verbo „impediendi" notio inest: her. X, 88. P. II, 9, 74. a. II, 7 14. III, 7, 35.

a. II, 7, 14 credendoque omnia frustra
ipsa vetas iram pondus habere tuam.

veto idem valet quod nego P. IV, 10, 73
quemque refers, imitere virum (Theseum). vetat ille profecto
tranquilli comitem temporis esse fidem.

prohibeo (v, Dr. p. 390) cum acc. et inf. passivi positum est met. [VIII, 652] XIII, 339; cum acc. et inf. activi, ut nudus inf. intellegi possit, her. XIII, 125. XVII, 97. P, III, 6, 12. IV, 13, 15. sine dubio autem acc. cum inf. exstat:

her. XVI, 42. quis prohibet raris nomen inesse meum?

tr. II, 205. fas prohibet Latio quemquam de sanguine natum
Caesaribus salvis barbari vincla pati.

dedignor, odi apud Ovidium primum cum accusativo et inf. coniuncta occurrunt.

a. I, 10, 63. pretium posci dedignor et odi.

concedo (v. Dr. p. 391. Kr. p. 51) Ovidius Lucretium, Ciceronem, alios secutus cum acc. et inf. posuit.

a. III, 13, 8. concedas numen inesse loco.

perpetior. accusativi cum inf. structuram, quam comici usurpaverunt, Verg. (A. XII, 643) et Ovidius receperunt.

met. III, 621. non tamen hanc sacro violari pondere pinum
perpetiar.

f.

facio, de cuius verbi structura Dr. p. 393. Kr. p. 49 disseruerunt, a Plauto aliisque cum acc. et inf. coniunctum est, quos Vergilius et Ovidius secuti sunt. met. VII, 690. X, 356. XIII, 374. her. XVI, 173. tr. V, 9, 14 (omisso me). P. II, 7, 76.

met. VII, 690. hoc me, nate dea — quis possit credere? — telum
flere facit.

facio idem valet quod „fingo" (Dr. p. 394) Prop. III, 3, 6. Ov. met. VI, 76, 108. XIII, 693.

fac Ciceronis exemplo significat „nimm an" ap. Ov. met. II, 290.

simulo idem valens quod „fingo" Ovidius unus cum acc. et inf. posuit.

met. VI, 80. percussamque sua simulat de cuspide terram
edere cum bacis fetum canentis olivae.

tangor ap. Ovidium unum idem significat quod „adducor, ut putem".

F. V, 73. hinc sua maiores tribuisse vocabula Maio
tangor et aetati consuluisse suae.

VII. De infinitivo cum adiectivis coniuncto.

Accusativus cum infinitivo obiecti instar ex adiectivis, quae participiorum loco sunt, pendet.

conscius. huic adiectivo cum a Terentio, tum a Cicerone acc. cum inf. additus est.

tr. V, 4, 17. nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
conscius in culpa non scelus esse sua.

nescius Ovidius Ciceronem secutus cum acc. et inf. coniunxit. Tib. I, 8, 72. Prop. V, 4, 68. Ov. met. XII, 1. a. a. II, 50. F. III, 874.

met. XII, 1. nescius adsumptis Priamus pater Aesacon alis
vivere lugebat.

ignarus. Ovidius Ciceronis exemplo acc. et inf. posuit.

met. VI, 263. ignarus, non omnes esse rogandos.

memor. (v. Dr. p. 400). hoc adiectivum primum ap. Livium 5, 16, 10 in oraculo cum acc. et inf. positum occurrit; ap. Ov. tr. V, 3, 44. F. III, 379, 553. V, 692.

F. III, 379. tum, memor imperii sortem consistere in illo,
consilium multae calliditatis init.

Nudus infinitivus adiectivis iunctus a) genitivi, b) dativi c) accusativi, d) ablativi loco est.

a.

nescius. v. Dr. p. 354. huic adiectivo omnes poetae Augustei praeter Tibullum infinitivum addiderunt. Prop. I, 16, 20. V, 1, 76.

her. XII, 49. lumina succumbere nescia somno.

P. II, 9, 45. nescius vinci armis.

b.

natus. (Dr. p. 352). Ovidius Horatii exemplo infinitivum posuit met. XV, 121.

a. II, 17, 12. o facies oculos nata tenere meos!

assuetus apud Horatium, Vergilium, Ovidium inf. excipit. met. X, 533.

her. III, 34. bis sex assueti vincere semper equi.

paratus. (v. Dr. p. 302) infinitivi structuram, quae ap. Ennium primum occurrit, Horatius, Vergilius, Ovidius receperunt.

met. III, 377. illa parata est exspectare sonos.

F. VI, 85. haec dare consilium, pugnare paratior illa est.

aptus. ex hoc adiectivo inf. pan. Mess. IV, 1, 62 pendet, ap. Ovidium his locis:

her. II, 112. regna, nomine femineo vix satis apta regi.

her. IX, 115. femina tela tulit Lernaeis astra venenis,
ferre gravem lana vix satis apta colum.

her. XVII, 23. aptior illa quidem placido dare verbera ponto.

F. II, 200. e quis dux fieri quilibet aptus erat.

a. I, 5, 20. a. premi. a. a. I, 10. regi. 358. capi. F. II, 254. legi. a. a. III, 534. amare.

propositus. infinitivum Ovidius primus posuit.

met. VII, 276. his et mille aliis postquam sine nomine rebus
propositum instruxit remorari Tartara munus.

certus. Vergilii exemplo Ovidius scripsit:

met. X, 428. certa mori tamen est.
met. IX, 43. certi non cedere.
met. X, 394. certa est exquirere nutrix.
her. VI, 51. certa fui primo
hospita feminea pellere castra manu.
P. IV, 6, 9. certus eras pro me loqui.

omnibus igitur locis huic adiectivo consilium aliquid faciendi inest, ut reddi possit „fest entschlossen". quapropter Iahnio, qui met. X, 58 scripsit „bracchiaque intendens prendique et prendere certus", non assentior. neque enim certus sum apud Ovidium idem valet, quod „persuasum habeo", neque certus „fest entschlossen" cum passivo infinitivo coniungi posse mihi videtur. codicis Marciani igitur scripturam „certans", cum contextu verborum studendi verbum postulari appareat, praefero.

promptus. infinitivi structura Ovidii propria est.

her. XIII, 122. promptior est dulci lingua referre mora.

doctus apud Horatium, Tibullum (I, 7, 20. 28. 9, 37. IV, 1, 208), Propertium (II, 3, 20. V, 5, 5), Ovidium infinitivum excipit.

F. II, 299. corpora docta tolerare.
a. I, 11, 1. Nape docta crines colligere.
a. II, 6, 62. ora fuere docta loqui.
P. II, 9, 58. doctus es iaculum torquere.
met. V, 55. ille quidem iaculo quamvis distantia misso
figere doctus erat, sed tendere doctior arcus.

sollers. Ovidius Horatium secutus a. II, 7, 17 scripsit „sollers ornare Cypassis."

potens. Manilius (v. Dr. p. 354) an Ovidius prior infinitivum posuerit, dubium est.

tr. III, 8, 15. ille potens pennasque tibi currusque volucres
tradere.

avidus. infinitivi structura Ovidio cum Vergilio communis est. v. Kr. p. 80.

met. V, 75. avidi committere pugnam.
met. X, 472. a. cognoscere amantem.

cupidus. Ovidius pan. Mess. auctorem (IV, 1, 35) et Propertium (I, 19, 9) secutus met. XIV, 215 scripsit
mortemque timens cupidusque moriri.

segnis. Ovidius Horatii et Vergilii exemplo inf. posuit tr. V, 7, 19.
dextra non segnis dare vulnera.

ocior, sagax. infinitivi structura ante Ovidium non occurrit.

met. III, 615. quo non alius conscendere summas
ocior antemnas.
met. V, 146. sagax ventura videre.

c.

dignus apud omnes poetas Augusteos praeter Propertium infinitivum excipit, saepissime ap. Ovidium.

met. I, 240. perire digna fuit. a. II, 14, 6. her. IV, 86.
met. II, 42. nec tu meus esse negari dignus es.
met. VIII, 127. sum digna perire.
met. X, 633. vivere dignus eras.
a. II, 8, 2. comere digna Cypassi.
a. III, 7, 59. digna movere fuit.
her. V, 85. dignaque sum et cupio fieri matrona potentis.
a. a. I, 670. perdere dignus erit.
a. a. I, 684. (dea) vincere digna duas.
rem. 38. non tua fax avidos digna subire rogos (est).
tr. III, 4, 34. dignus es frui.
a. a. III, 766. digna est pati.
tr. IV, 8, 14. ponere dignus eram.
tr. V, 10, 51. perdere vitam dignus eram.
P. II, 3, 32. nec petere exemplum, sed dare dignus eras.
met. X, 336. d. amari. XIV, 30. rogari. her. XV, 170. XVII, 102. peti. XVI, 22. rapi. tr. II, 242. legi. P. III, 6, 30. mergi. F. I, 88, 226. coli. III, 490. falli. P. I, 5, 16. lini.
dignior. her. VI, 42. ire. met. VII, 697. rapi.
dignissimus. met. IV, 320. dignissime credi esse deus.
met. XIV, 833. o matrona, dignissima tanti ante fuisse viri.
indignus. a. II, 3, 14. perire. met. I, 508. laedi. a. a. I, 681. referri.
memor ap. Ovidium primum, immemor iam ap. Plautum (Dr. p. 353) inf. excipit.
a. III, 14, 48. sit modo „non feci“ dicere lingua memor.

e.

contentus. ex hoc adiectivo ap. Ovidium primum inf. pendet: met. I, 461. II, 638. her. XVI, 125. tr. I, 10, 5.
tr. I, 10, 5. nec comites volucri contenta est vincere cursu.

VIII. De nominativo cum infinitivo.

a. Verba passiva, quae cum infinitivo coniuncta sunt.

Ovidii propria haec sunt: agnoscor, colligor, monstror, notor, obicior, pingor, probor, tentor.

P. II, 8, 32. moribus agnosci qui tuus esse potest.
a. II, 6, 61. colligor ex ipso dominae placuisse sepulcro.
F. VI, 223. tum mihi post sacras monstratur Iunius Idus
utilis et nuptis, utilis esse viris.
F. VI, 689. sic reduces bene posse tegi, ne forte notentur
contra collegae iussa redisse sui.

a. II, 7, 17. Cypassis
obicitur dominae contemerasse torum.
a. I, 14, 33. illis (comis) contulerim, quas quondam nuda Dione
pingitur umenti sustinuisse manu.
met. II, 92. patrio pater esse metu probor.
met. IX, 168. haeret (cutis) membris frustra tentata revelli.
met. XV, 500. me Pasiphaëia quondam
tentatum frustra patrium temerare cubile
arguit.

arguor, memoror, negor, trador Ovidius unus de poetis Augusteis Ciceronem secutus cum infinitivo posuit.

her. XIX, 224. nec, si generosa probatis
nomina, despectis arguor ortus avis.
met. II, 42. nec tu meus esse negari
dignus es.
P. IV, 12, 16. merito pectus habere neger.
a. II, 17, 15. traditur et nymphe mortalis amore Calypso
capta reluctantem detinuisse virum.
F. III, 162. V, 85. VI, 532. Ib. 566.

convincor Ovidius Sallustii, narror Horatii exemplo cum inf. coniunxit.

P. II, 9, 69. nec mea subiecta convincta est gemma tabella
mendacem linis imposuisse notam.
her. VI, 19. barbara narratur venisse venefica tecum.
met. XV, 312. tr. I, 3, 91. 9, 28.

credor Ovidius Ciceronem, Caesarem, Lucretium, Horatium secutus (ep. II, 1, 168) cum inf. posuit: met. IV, 321. V, 49. her. VIII, 114. her. IX, 81 (?). V, 129. rem. 113. tr. III, 11, 73. V, 9, 16. 10, 33. P. III, 1, 78. 2, 64. 3, 58. F. II, 53. II, 720. III, 74, 451, 648. IV, 217. V, 386. VI, 421.

putor. infinitivi structura Ovidio cum Cicerone, Horatio, Tibullo (I, 6, 71) commuuis est. met. IV, 171. VIII, 385. XV, 111. her. XI, 109. a. a. III, 325. P. II, 3, 59. III, 4, 106. F. I, 635. III, 490. V, 439. VI, 379.

dicor. „dictus sum" cum inf. positum est. a. a. II, 521. III, 245. her. I, 46.

feror saepe infinitivum excipit, ut exemplis non opus sit.

b. Ex sentiendi et declarandi verbis non raro nudus infinitivus pendet, ut primo aspectu Graecorum more positus esse videatur. atque sine dubio ei loci imitatione Graecorum expressi sunt, quibus infinitivo nominativus iunctus est, ut his locis

met. XIII, 141. rettulit Aiax esse Iovis nepos.
F. IV, 381. Caesar, sub quo meruisse tribunus glorior.
tr. II, 10. acceptum refero versibus esse nocens.
tr. IV, 3, 51. me miserum, si turpe putas mihi nupta videri.

accedunt „decet" et „satis est", quae his locis personalium verborum loco sunt.

P. I, 6, 19. quae stulta magis decet quam scelerata dici.

tr. V, 5, 20. erepta haec uni sit satis esse mihi.

Omnibus reliquis locis accusativum mente supplendum esse existimo. iam comici enim poetae, ut ex exemplis, quae Dr. p. 414 et Kr. p. 93 attulerunt, apparet, pronominis accusativum, ubi eo verbo, ex quo pendebat infinitivus, indicabatur, omiserunt. qua in re non Graecorum morem, sed sermonem vulgarem eos secutos esse verisimile est. qui usus inde a Ciceronis temporibus etiam liberior fieri coepit, ut infinitivi subiectum non solum omitteretur, si eius, ex quod pendebat infinitivus, verbi forma ostendebatur, sed etiam nonnunquam, si contextu orationis ipso intellegi poterat. atque Ovidiana quidem exempla satis multa collegi, ex quibus pauca afferam.

met. I, 615	Iuppiter e terra genitam mentitur (eam).
met. IX, 258	sed (eum) meruisse (ea) dari sciet.
a. I, 13, 47	scires (eam) audisse.
a. II, 7, 8	si culpo, crimen (me) dissimulare putas.
her. XIX, 89	ubi videris (me) omnia ferre.
a. a. I, 372	(ancilla) insano iuret amore (te) mori.

cum igitur infinitivi subiectum a verbi, quod illum recipiebat, subiecto diversum mente suppleri posset, quid mirum idem factum esse, si subiecta congruebant?

Iam quoniam infinitivorum exempla, qui apud Ovidium exstant, congessi, restat, ut, qui sint dicendi usus Ovidii proprii, qui cum aliis scriptoribus communes, uno in conspectu ponam. id non potest ita fieri, ut, quae cum ceteris scriptoribus non consentiunt, omnia in medium proferam; affero igitur ea tantum, quae a Ciceroniano recedunt dicendi usu. quoniam autem ex substantivorum nominativis cum verbo substantivo aut simili coniunctis apud omnes scriptores infinitivus pendet, ne ea quidem substantiva, quae Ovidius primus posuit cum nudo infinitivo, affero. tria igitur infinitivorum genera discerno, quorum primum id est, qui apud Ovidium primum occurrunt, alterum, ubi antiquiorum scriptorum, tertium ubi aequalium normam ac rationem sequitur. in his autem poetas Augusteos et Livium duco, auctores belli Alexandrini et Africani et Sallustium in antiquioribus. qua in re vix est, quod moneam, fieri posse, ut nonnulla verba, quae Ovidius primus cum infinitivo nobis videtur coniunxisse, re vera iam in aliorum scriptorum libris deperditis cum infinitivo posita sint. numeri et litterae, quae verbis praeposui ad commentationis capita spectant. praeterea quae verba Ovidius unus ex poetis Augusteis cum infinitivo posuit asteriscis appositis notavi, tertii autem generis verba, ut, a quo scriptore primo cum infinitivo coniuncta sint, appareat, initialibus litteris uncis inclusis indicavi, veluti scripsi „doleo (H)“, h. e. Horatius primus verbum dolendi cum infinitivo posuit.

Apud Ovidium primum infinitivus ex his 108 verbis pendet:

I, a, 1. opprobrio est.
damno est.
in fatis est.

I, a, 1. in morem venit.
2. in facili est.
3. aliquid est.

I, b. delectat.
laedit.
opem fert.
evenit.
superest.
patet.
II, a. crimen est.
lex est.
sors est.
onus est.
satis poenae est.
voluptas est.
in fatis est.
mirabile est.
indignum est.
plus nimio est.
vero propius est.
turpe est.
tutum est.
b. nocet.
subit.
latet.
III, a. 1. timor est.
voluntas est.
libido est.
ardor est.
mens est.
impetus est.
species est.
spes (est).
III, a, 1. auctor est.
2. vires sunt.
mandata.
vota sunt.
IV. signa.
V, b. precor, i. q. cupio.
saevio.
dedignor.
paveo.
extimesco.
arceo.
d. retento.
repugno.
perfero.
perpetior.
e. praebeo.
tribuo.
relinquo.

V, e. adimo.
g. appropero.
teneo.
h. addisco.
edisco.
perdoceo.
instituo.
m. emereo.
n. vaco.
p. compello.
irrito.
concito.
festino.
fero.
VI, a, 1. specto.
respicio.
noto.
refero, i. q. recordor.
VI, b, auguror.
c. gratulor, i. p. gaudeo.
indolesco.
attonitus sum.
d. memini.
notum facio.
taceo.
extenuo.
circumfero.
describo.
praemoneo.
monstro.
probo, i. q. laudo.
carpo, i. q. vitupero.
paciscor.
convinco.
culpo.
e. faveo.
rogo.
dedignor.
odi.
f. simulo, i. q. fingo.
tangor.
VII, b. propositus.
promptus.
ocior.
sagax.
VIII. agnoscor.
colligor.
monstror.

VIII. notor.
obicior.
pingor.

VIII. tentor.
satis est.
decet.

Antiquiorum scriptorum exemplum imitatus Ovidius haec 48 verba cum infinitivo posuit:

I, a, 1. parum est.
b, taedet.
piget.
est, i. q. „licet“
restat.
II, a. scelus est.
III, b. vacat.
V, a. valeo.
novi.
b. praefero.
amo.
peto.
opto.
ardeo.
affecto. *
dignor.
indignor.
probo.
parco.
metuo.
recuso.
nego, i. q. „recuso“.
c. oro. *
rogo. *

V, c. impero.
d. tento.
experior.
nitor.
pugno. *
certo.
destino. *
patior.
remitto.
f. vito.
h. monstro.
edoceo. *
p. gaudeo.
sollicito. *
VI, a, 1. conspicio. *
aspicio.
invenio.
2. nosco.
novi. *
VI, b. reminiscor. *
suspiro. *
invideo.
d. excuso.
VIII. convinco.

Aequales secutus Ovidius haec 38 verba cum infinitivo coniunxit:

I, a, 1. curae (V).
3. quo? (H).
I, b. iuvat (H).
nocet (T).
III, a, 1. animus est (V).
IV. fiducia est (V).
V, b. sperno (H).
erubesco (V).
fastidio * (Liv.).
trepido (V. H).
d. luctor (V).
comparo (Culicis auctor).
fero (P).
sino (H).
e. do (T).
f. absisto (V).

V, l. paciscor * (Liv.).
m. mereo (r) (P).
o. doleo (H).
p. impello (V. H).
adigo (V).
VI, a, 1. prospicio (V).
c. gemo (H).
fleo (V).
d. infitior * (Liv.).
indico (H).
causor (T).
e. precor (T).
VII. memor * (Liv.).
a. nescius (V. H).
b. natus (H).
certus (V).

VII, b. aptus (Pan. Mess.) †	VII, b. cupidus (Pan. Mess. P.)
doctus (H)	segnis (H)
sollers (H)	VIII. narror (H)

† ut brevis essem, Lygdami elegias, panegyricum Messallae, Sulpiciae carmina a Tibulli scriptis supra non separavi, sed Tibullianos numeros posui.

Accedunt „posco“ et „potens“, quibus verbis quis primus infinitivum addiderit, non constat. poscendi enim verbum Ovidius fortasse Plautum et Culicis auctorem secutus cum infinitivo posuit; potens autem et apud Manilium et apud Ovidium infinitivum excipit, quorum uter prior hanc structuram usurparit, diiudicari non potest.

Si igitur summam facimus, Ovidium 196 verbis infinitivum a Ciceronis genere dicendi alienum videmus addidisse. ut autem possit fieri, ut Ovidium cum ceteris poetis Augusteis comparem, quid de eorum infinitivi usu reppererit Kr. p. 113 affero. is enim primi generis ap. Vergilium 63 verba occurrere refert, ap. Horatium 73, ap. Tibullum 18, ap. Propertium 28; alterius generis ap. Vergilium 45, ap. Horatium 40, ap. Tibullum 9, ap. Propertium 18; tertii generis ap. Vergilium 2, ap. Horatium 3, ap. Tibullum 3, ap. Propertium 4. accedit, ut ap. Vergilium 5 verba inveniantur, quae apud quem scriptorem primum excipiant infinitivum, incertum est, ap. Horatium 5, apud Tibullum 1, apud Propertium 2. apud Vergilium igitur 115, ap. Horatium 121, ap. Tibullnm 23, ap. Propertium 52 infinitivi structurae a Ciceronis genere dicendi alienae reperiuntur. quos numeros si cum Ovidianis componimus, Ovidium, cuius carmimum ambitus plus altero tanto maior est quam Vergilii, qui minime a classico sermone recessit, huic etiam praestare apparet. computantibus autem nobis, quot earum, de quibus egimus, structurarum Ovidio cum ceteris poetis Augusteis communes sint, numerus 73 efficitur.

Corrigenda.

Lege p. 10 s. v. „scelus“ a. I, 14, 27 pro I, 4, 27.
rem. 655 pro 666.
p. 10 infima l. Scythiam pro Scythicam.
p. 12 s. v. subit a. II, 15, 11 pro II, 5, 11.
p. 13 s. v. decet Tib. I, 1, 71 pro 73.
p. 14 s. v. necesse Pr. V, 1, 70 pro V, 1, 10.
p. 15 s. „satis poenae“ teneram pro tenerum.
p. 16 s. v. succurrit Vergilio pro Vergilo.
p. 18 l. 24 haec pro hae.
p. 20 s. v. scio tr. III, 12, 39 pro tr. III, 11, 39.
s. v. nescio rem 334 pro 344.
p. 22 s. v. parco Pr. I, 15, 26 pro I, 5, 26.
s. v. erubesco cultior pro iultior.
p. 23 s. v. prohibeo Pr. III, 7, 21 pro 22.
p. 24 s. v. dubito Tib. III, 4, 75 pro Pr. III, 4, 73.
p. 26 s. v. luctor Verg. A. XII, 387 pro II, 387.
p. 30 s. v. desino rem. 752 delendum est.
p. 36 1 l. met. II, 76 pro 78.
p. 40 4 l. met. IX, 25 pro VIII, 25.

Calif (Berkeley)
11-25/40